

Johann Quistorp Elias Neussel von Spleni

Disputatio Theologica De Fundamento Fidei, Prout ex Theologia, & Christologia peti potest

Rostochii: Pedanus, 1637

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn739710087>


Druck Freier  Zugang



Verf. v. E. Keimel, al. Pflanzl.

Joh. Oestorp.

R. U. theol. 1637.



DISPUTATIO THEOLOGICA
DE
FUNDAMENTO FIDEI,
Prout ex Theologia, & Christologia
peti potest.

Quam

D. T. O. T. M. A.

In celebri Academia Rostochiensi

P R Æ S I D E

Admodum Reverendo, Clarissimo & Excellentissimo Viro

Dn. JOHANNES QUISTORPIO,
SS. THEOL. DOCTORE, PROFESSORE SE-
niore Facultatis, & ad D. Mariæ Ecclesiæ, ac p. t. DE-
CANO Spectabili, Fautore & Præceptore suo reve-
renter colendo

Publice examinandam proponit

M. ELIAS Neüffel alias SPLENIUS, Rosenbergâ Ung.

Ad diem Maji in Auditorio majori horis matutinis.

ANNO M. DC. XXXVII.

ROSTOCHIL

Litteris Vidue JOACHIMI PEDANI,



1637

Admodum Reverendus Clarissimus & Excellentiss. Virus
DN. JOHANNI CORVINO, S.S. Th. D & ad Ædem
Divæ Mariæ apud Gedanenses Pastori primario. &c.

DN. JOHANNI BOTZACO, SS. Th. Doctore, Gy-
mnasii Gedanensis Rectore, & ad Ædem SS. Triad.
Ecclesiasti dignissimo &c.

DN. M. JOHANNI JACOBO CRAMERO, Pasto-
ri ad templ. D. Johannis ibid. meritissimo.

Dominiis Fautoribus, Promotoribus, ac atem colendis S.

Plum quondam persolurum officium meminens eram Viri
Excel. si non justo diutius debeatur quod à Gentis meæ ho-
minib. vobis debetur, sed grato, parvo licet, ab aliquo tan-
dem reddatur ere. Quamprimum enim his partibus pere-
grinum imposueram pedem, statim non à paucis vestram in eos
benevolentiam & affectum magnificè depraedicari, non absq. animi
exultatione audiebam. Unde Pietati videor nunc operari, cum i-
stos ingenii, mei census velut in in sacrum Numinum vestro
rum ærarium, ingenua devotione conferre gestio. Sed & materie
nobilitas jure quodam suo postulat Patronos hoc in genere exer-
citatissimos; Vos igitur requiram necesse est, qui defunctorum
Theologorum verum estis Epitaphium. Vestra etiam censura quæ
par est, reverentiâ me submitto. Vos enim hæc immatura ad ju-
dicii vestri Theologici Solem optimè percoquere potestis. Vos estis
vel invidia teste, qui res has omnium rectiss. intelligitis, & in cõtro
versis exercitatissimi, judicare potestis. Suscipite itaq. Viri Ex-
cell. munusculum vobis debitum, applausu, & contra linguæ ver-
beronum debachantes insanias Patrocini vestro; Quod cum per-
senserò jam consecutus omnia -- Sublimi feriam sidera vertice
Quod superest Valete! utinam diuturniores Musarum
cultores, quam maturiores cœlicum comites. Tantum Rostochi
19. Maji.

AA. RR. EE. VV.

Studiosissimus

M. Elias Neüssel, alias Splenius, Autor, & Resp.



Erissimæ D. Aug. *fidem vivificam* non aliunde quam ex scriptura Canonica concipiendam esse docet, hæc enim est quæ facit ut credamus Jesum esse Christum & ut credentes, habeamus, vitam æternam *Joh. 20. ult.* In hac omnia ad salutem nostram necessaria à Spiritu Sancto recondita sunt Dogmata, ne unquam nos eorum capiat oblivio. Scripturas itaque scrutabimur, & secundum normam earum disquisitionem nostram de *Fundamento fidei* hic proponere conabimur, inde Dogma in generatâ fidei, hauriemus, discemus, cognoscemus. Illabere igitur animis nostris ò Jesu Christe, & nos placidam hac dere *ὡς ἕστησι* instruentes, Spiritu Sancto illumina, ne extra Verbi tui cancellos & vagantes, in errorum scopulos impingamur, sed ejus ductum sequentes veritatem sententiæ nostræ adstruamus.

Antequã de Fidei fundamento aliquid dicatur, Definitione Articuli fidei primum apponere placet. Est igitur *articulus fidei pars doctrinæ credendorum, quæ Deus nobis in Scripturis proposuit, & per quæ homo ad vitam æternam perducitur.* Dividitur ab aliis in *fundamentalem & non fundamentalem.* quæ tamen divisio intelligi exactè, nequit, nisi prius sciatur, Quid fidei nostræ fundamentum sit. Generatim fundamentum dicitur in quavis structura esse *primû*, quod toti structuræ substat, amque sustentat, nec ab alio in illo ordine sustentatur. Erit ergo fundamentum fidei & Ecclesiæ, quæ dicitur *fûdata super petram & lapidem angularem, Matt. 7. 25. cap. 21. 42. Act. 4. 11. 1. Pet. 2, 7 Rom. 9. 33. Esa. 8. 14. cap. 27. 16.* quod in hac structura est *primum*, quod fidei

lio in illo ordine dependet.

2. **Fundamentum fidei est triplex: I. Essentiale sive Princeps,** & est prima causa efficiens fidei in quam homo fiduciam suam ponit, & ex ejus beneficentia, salutem expectat. Tale autem fundamentum est DEUS peccata remittens, gratiam promittens, & vitam æternam suo tempore largiens, qui ideo dicitur *A & Ω Autor & consummator salutis Apoc. 1.8 cap. 21. 6. 22, 13. Heb. 12. 2. Salvator Es (4. 35. 4. 41. 4. 44. 6. 1. Tim. 4. 10. Item CHRISTUS Ps. 118. 21, Matt. 21. 41. 1. Cor. 3. 11. Eph. 2. 21. 2. Organicum sive Ministeriale, quod Verbum Dei scripturis comprehensum esse novimus, unicum generandæ fidei; & conferendæ salutis hoc tempore medium. Nam præter hoc nullum, sive superius sive prius, (*quicquid Pontificii contendant*) Doctrinæ nostræ principium habemus, ipsum enim omni Doctrinæ salutari substat, ad ipsum etiam ceu primum fidei nostræ principium omnia revocantur.*

3. **Dogmaticum sive Doctrinale,** & est illa Cœlestis Doctrinæ pars, quæ sola homini proposita fidem justificam gignit; & qua non proposita fides justificam non gigni, nec homo salvari potest.

3. *De hoc fundamento Doctrinali Imprimis* hic solliciti sumus; Cujus natura ut planius nobis innotescat notanda, & ordine pertractanda erunt ejus Requisita qualia sunt: I. **Primitas** tum ex *ordine Intentionis*, ut à Deo primo intentum sit, tanquam fidem immediate generans, & quod non sit propter alia, sed propter quod omnia alia sint revelata; Tum ex *Ordine Causalitatis*, ut immediate generet fidem, ita ut inter illud & fidem, non sit causa media. Hinc tales nascuntur *Maximæ: Fidei fundamentum oportet esse primum. Quod non est primum (primitate ut loquuntur Intentioni & Causalitatis) non est fidei fundamentum. Quod Dogma facit ut fidei fundamentum, non sit primum, evertit fidei fundamentum v.g. Articuli, Quod sit Deus, quod sit Iustus, Omnipotens, Sapiens, De lapsu Adæ, De Libero Arbitrio, De Ecclesia, De Libertate Christiana;* sunt quidem **Articuli**

ipſius fundamenti fidei, nec illud intrinſece conſtituunt, quia non ſunt prima ratione cauſalitatſ, neque generant fidem immediate, niſi forte alia Doctrinæ cœleſtis pars inter illa, & fidem intercedat, quale v.g. eſt: quod Deus velit omnium hominum miſereri. Ita Dogma illud Calvinianæ Sectæ De Gratia Dei particulari, quod Deus non velit, univerſaliter omnium hominum miſereri, facit ut fundamentum fidei non ſit primum, & ſic deſit requiſitum fundamentum fidei neceſſarium, quia qui credit Deum in particulari ſolum quorundam velle miſereri, ille nunquam exinde firma & immota fiducia poterit credere, quod etiam ſui ipſius in individuo velit miſereri; Unde fit quod dogma illud fidei fundamentale: Deus vult hominum miſereri, non poſſit eſſe primum ratione cauſalitatſ, neque immediate generare fidem; Dogma ergo illud Calvinianæ Sectæ: Deus vult tantum quorundam miſereri, evertit fidei fundamentum.

4. II. Unitas tum Ordinis, ut partes Doctrinæ ad totum fundamentum conſtituendum concurrentes, ſint coordinatæ; tum Operationis, ut concurrant ſimul ad productionem unius effectus, nempe generationem fidei. Hinc ſequentes naſcuntur Regulæ: Verum fidei fundamentum oportet eſſe unum, unitate ordinis & operationis. Quod hoc modo non eſt unum, non eſt fidei fundamentum. Quod Dogma facit ut fidei fundamentum non ſit unum, evertit fidei fundamentum. V. G. Dogma Pontificiorum; Juſtitia noſtra eſt ex Chriſti merito & ex operibus noſtris; facit ut fidei fundamentum non ſit unum, evertit, ergo illud Anteced. conſtat, quia ex illo naſcuntur oppoſitæ propoſitiones: Juſtificamur merito Chriſti, & Juſtificamur operibus noſtris: quod poſterior aſſerit, prior negat; unitas igitur ordinis, hic locum habere non poſteſt, ſicut nec unitas operationis quia qui credit ſeſe juſtificari operibus, non credit ſeſe juſtificari merito Chriſti, imò & fundamentum fidei ſuæ immediatum hoc ipſo convellit, Vide loca Tit. 3. 5 non ex operibus juſtis quæ fecerimus nos, ſed ex ſua miſericordia, ſalvavit nos. Eph. 28. Gratia eſtis ſalvati per fidem (& hoc non ex vobis, Dei Donum eſt) non ex operibus, ut ne quis gloriatur Rom 11. 5. 6. Reſervatio ſecundum Electio-

gratia, jam non est, gratia. Sin ex operibus, jam non ex gratia, alioquin opus jam non est opus.

5. III. Totalitas, Integritas Adæquatio ut omnia Dogmata ad fidei generationem necessaria contineat, ne uno deficiente effectus impediatur, & fundamentum corruat; Hinc: Verum fidei fundamentum oportet esse integrum. Quod hoc modo non est integrum, non potest esse fidei fundamentum Quod Dogma facit, ut fidei fundamentum non sit integrum, nec habeat omnia ad fidei generationem necessaria, illud evertit fundamentum fidei. V. G. Dogma Photiniano-rum, Quod gratia Dei Iustificemur absq; satisfactione Christi evertit fidei fundamentum, quia non tenet illud integrum; Unumquidem ponit ad illud requisitum, Gratiam nempe Dei, sed alterum, quod itidem necessario requiritur, & quo absente fundamentum non est integrum, tollit, Meritum sc. Christi. Videatur Socin. lib. de Servat. Christo part. 3. cap. 1. 2. sequ. Ostorod. in Instit. Germ. cap. 36. pag. 297. 298. sequ.

6. 4. Firmitas, Soliditas, Certitudo, (firmum, solidum, certo cognitum, de cujus veritate non dubitetur) tum ratione sui, ut ad fidem fundandam sit satis firmum; tum ratione nostri, ut nobis sit firmiter cognitum. Unde: Omne fidei fundamentum, oportet esse certum, firmum, solidum, certo cognitum, de cujus veritate non dubitetur. Quod hoc modo non est certum, non potest esse fidei fundamentum. Quod Dogma facit ut fidei fundamentum non sit certum, evertit fidei fundamentum sic v. g. Dogmata de Gog; & Magog quid sint? De Mille annis Apocalypticis quomodo intelligendi sint? non sunt Articuli fidei fundamentales, quia nondum sunt certo cogniti. Ita Dogma de operum justitia, evertit fundamentum fidei, quia facit illud esse non satis certum: Qui enim credit sese suis operibus justam fieri, dubitare necessum habet, An sit justus, An sit in gratia Dei; quia certo exploratum non habet, an sua opera, quia imperfecta sunt, debita sunt, non sunt proportionata gratiæ Dei, sint meritoria. Huc faciunt dicta: Rom. 8. 18. 2. Cor. 4. 17. omnia enim opera, quæ à nobis fieri possunt etiam optima Deo debeantur, & Divinæ gratiæ Effecta benigna

benigna iude *Luc. 17. 16. Vos quum feceritis omnia, que ultra sunt vobis dicite, Servi inutiles sumus, nam quod debuimus fecere facimus: Confer Job. 35. 7. 41. 2. Rom. 11. 35.*

7. 5. *Neceffitas cognirionis, ut fc. neceffario cognofcatur ab illo, qui fide donandus eft, illudque falva fide & Salute, vel Ignorare, vel negare non poffit, quia ad generandam fidem immediate concurrat. Hinc nafcantur *μελορημα*: Fidei Fundamentum oportet eſſe ad Salutem fcitu neceffarium. Quod hoc modo non eſt fcitu neceffarium, non poteſt eſſe fidei fundamentum. Quod dogma facit ut fundamentum fidei non fit fcitu neceffarium, evertit fidei fundamentum v.g. Non eſt Articulus fundamentalis quod Mundus ſubſtantialiter fit interriturus; Quod futura fit remuneratio bonorum operum; Quod Leges Ceremoniales ſint abrogetæ; Quod Antichriſtus ſit revelatus; Quod Eccleſia ſit amplificata per univerſum orbem &c. Sic Dogma illud Photinianorum *De Trinitate* quod ſc. citra iacturam ſalutis ignorari & negari poſſit evertit fidei fundamentum. Nam qui non credit in filium ſuper illum manet ira Dei *Job. 3. 36* Atqui; Qui ignorat eum eſſe Deum, non credit in filium. Ergo qui ignor. eum &c. Deinde; Qui non habet filium, non habet Patrem, & ſic non habet verum Deum *Ioh. 5. 23. 1. Ioh. 2. 23. 5. 15. 14.* Atqui qui non credit Trinitatem non habet filium Ergo &c. Tandem; Qui non credit filium peccata expiaſſe, ille fundamentaliter errat. Atqui qui non credit Trinitatem hoc non credit: Ergo &c. *Uſq; adeo itaq;* Qui non credit in filium non habebit vitam æternam; Sed qui non credit eum eſſe verum Deum non credit in filium, Ergo &c.*

8. 6. *Universalitas Tum ratione Cauſſæ fidei, ut illi generanda ſufficiat, nam quod ad fidem facit, & tamen illi generandæ non ſufficit, pars fundamenti quidem non tamen ipſum fundamentum eſſe poteſt; Tum ratione hominum, ut ad omnes univerſaliter ſeſe extendat, & in iis cauſa generantæ fidei eſſe poſſit Fundamentum igitur fidei oportet eſſe Univerſale. Quod non eſt univerſale hoc modo, non poteſt eſſe fidei fundamentum. Quod Dogma facit ut Doctrina fidei non fit univerſalis, illa evertit fidei fundamentum ut v. g. Dogma Calvinianorum de Particularitate promiſſionum evertere re- & di.*

ere dicitur nec fundamentum, quia in universitatem sur-
mir, sine quâ tamen tanquam necessario requisito, nemo fidem
concipere potest.

9. 7. Proportionalitas sive Homogenia, ut fundamentum sit ejusdem Disciplinæ, cujus est fides, Theologia nimirum & ejus partis, quæ directe faciat ad excitandam fidem. Hinc notan: *fundamentum fidei debere esse Homogenes; & quod non est homogenes, &c.* V. G. Dogmata ex aliis disciplinis petita aut partes scripturæ Historiæ, lapsus Angelorû, meditationes Gentilium, non possunt esse pars fundamenti fidei, quia sunt Heterogenea, nec ad fidem excitandam faciunt. Tandem *Quod Dogma facit ut fundamentum fidei non sit homogenes, evertit fidei fundamentum.* Ita v. g. Dogma Pseudo Apostolorum erat Circumcisionem esse ad salutem necessariam, & fidem esse ex Lege petendam; At hoc evertit fundamentum, cujus est esse Homogenes hoc est ad eam Theologiæ partem referri, quæ facit directe ad fidem, jam vero Lex nullatenus fidem operatur, quæ respicit Dei justitiam, sicuti fides Dei Misericordiam.

10. 8. Causalitas ut illud quod fundamentum dicitur sit 1. *Causa* fidei, ideoque fide prior non posterior, nec fidei quætecunque accidens, nec illi oppositum; Et sic *Doctrina de Bonis operibus*, non potest esse fidei fundamentum, quia est fide posterior. Item *de Lege* quia est fidei opposita; Item *Historia Sacra*, quæ qualitercunque fidem concomitantur, & ad eam per se nihil faciunt. 2. *Adæquata* quâ posita in actu & non impedita per defectum in aliis causarum generibus, aut indispositionem Subjecti sequatur fides. *Quod ergo Dogma, facit quidem ad fidei generationem, sed partialiter, & inadæquatè tanquam pars cause, Articulus quidem fidei fundamentalis, sed non fundamentum ipsum dici potest.* 3. *Causa per se & directe*; Possunt enim quædam fidem penetrare extraordinariè ut miracula *Ioh. 2. 12.* Prædicatio item Christi, quam fecit in sua persona; Conversio quæ obtigit Paulo *Act. 9.* Quædam per accidens, ut relatio mulieris Samaritanæ *Ioh. 4. 29.* Sed de iis sollicitè non querimus verum de iis quæ per se faciunt ad generandam fidem 4. *Causa immediata* inter quam & fidem non mediet alia

dam fidem, verum non nisi mediate, mediantibus aliis Cauſſis, ideoq; fundamentum fidei aut Articuli fundamentales proprie dici non poſſunt. Hinc Regula: *Quod Dogma non eſt cauſſa propria, adequata, & immediata fidei, illud non eſt fundamentum fidei. Item. Quod non partialiter, ſaltem hoc modo facit ad generandam fidem, non eſt articulus fundamentalis. Item quod Dogma facit ut fidei fundam. non ſit cauſſa immediata fidei evertit fundamentum fidei quale v. g. eſt Dogma de dubitatione quod tollit fiduciam; Dogma de abscondita Dei voluntate, quod tollit aſſenſum, Dogma de fide implicita, quod tollit notitiam; Dogma de absoluta Dei Miſericordia ſine merito Chriſti, quod nullam reddit fidei cauſſam.*

II. Hinc jam conſtat fundamentum fidei noſtræ, eſſe illud Dogma fidei complexum quod eſt *Primum* & quod non propter alia ſed propter quod reliqua Dogmata alia revelata ſunt; *Unum*; quod ad fidem generandam unitate ordinis & operationis ſit relatam, *Integrum*; quod omnia ad fidei generationem neceſſaria contineat. *Solidum*; quod ad fiduciam noſtram firmandam ſit ſatis firmum. *Certum*, quod ſit quoad ſui veritatem exploratè cognitum. *Adequatam* quod fidei generandæ ſufficiat, *Universale*, quod ad omnes homines ſeſe extendat, ut in illis fidem generare poſſit, *Homogeneum*, quod ex ea Theologiæ parte ſit, quæ directè generat fidem *Cauſa per ſe* adequata, & immediata fidei, quod in animo hominis peccatoris, veram & ſolidam gignit fiduciam, quod Deus ipſi velit peccata per Chriſtum remittere & illi vitam æternam dare. His ita dictis ulterius jam diſpiciendum erit, quodnam Dogma fundamentum fidei dici poſſit?

12. Tria quaſi capita conſtitui poſſunt, ad quæ omnes Articuli fidei revocari poſſunt, *Avθεωλογία, Χειρολογία & θεολογία*. In *Avθεωλογία* occurrit 1. *ſtatus Integritatis*, qui non eſt absolute ad ſalutem neceſſarius 2. *Peccati*, qui immediate fidem non generat 3. *Reſtitutionis*, qui quantum ex parte hominis, eſt fide poſterior. 4. *Perfectionis*, qui itidem fidei conſequens. In his ergo Articulis non erit fidei fundamentum. In Theologia Tractatu de Deo occurrunt 1. *Dei Nomina*, quæ ſecundario ſciuntur, ut præ-

B

ſuppo-

dente scitur, & per se ignorari potest 3. *Idiomata* quæ partim nihil partim multum faciunt ad fidei fundamentum; *Nihil* Attributa quæ, quæ vulgo vocantur ἀνεπέγνωτα, quod sit *Infinitus*, *Immensus* *Multum* 1. *Misericordia*, quæ quasi fundamenti basis est. 2. *Veritas*, qua Deo promittenti tuto fidere licet. 3. *Scientia*, quod sincere credentes exacte noverit. 4. *Æternitas*, quod absque fine salvare possit, & hæc ad fidei fundamentum necessario prærequisita sunt. 5. *Trinitas* quæ item præsuppositum necessarium est, ut patuit in Th. octava. 6. *Voluntas* eaque vel *Legalis*, præcipiens bona & puniens mala, cujus *Dogmata*, scitu licet necessaria fundamentalia tamen nõ sunt. vel *Evangelica* eaque *Vel Antecedens*, quæ Deus vult omnium hominum misereri, iis peccata remittere, illos æternum per Christum salvos facere. *Et hæc Dogmata, quæ hinc nascuntur sunt: Articuli sive partes fundamentales. v.g. 1. Deus non vult homines in peccatis perire. 2. Deus vult omnium misereri. iisque peccata remittere. 3. Deus vult homines æternum salvos fieri. 5. Deus vult homines salvare per filium Redemptorem: Hæc inquam Dogmata sunt pars fundamenti fidei, quia per se, directe faciunt ad generandam fidem in animo hominis peccatoris. Vel Consequens, quæ dicit homines salvos fore sub conditione fidei si credant, quod etiam ad fundamentum fidei requiri dicitur. 7. *Opera, vel Potentia* v.g. *Creatio*, quæ licet scitur ad fidem tamen immediate non confert, sed solum per accidens requiritur. *Vel Iustitiæ* v.g. *maledictio*, *punitio* &c. quæ itidem quia legalia sunt, fidem non conferunt *Vel Gratiæ*, quæ quatenus promissionibus Evangelicis vestita est, ad fidem generandam immediate facit v.g. *quod filium promiserit, quod per illum salvare nos constituerit, quod in filios nos adoptare velit* &c. hæc ergo Dogmata sunt pars fundamenti fidei. *Vel Gloriæ* quæ consequens sunt & effectus fidei. Demum in *Christologia* occurrunt 1. *Personæ* quam ut fundamentum Essentiale scitu necessariam esse dicimus saltem ut individuum vagum, non vero ut determinatum. 2. *Naturæ* quas scitu necessarias esse iudicio, ut fundamenti prærequisitum. Christum sc. esse *Ἰεσὺν Χριστὸν* 3. *Unicnem Naturarum**

6. cont.

& consequentia eius v.g. communicationem Idiomatum, ubi suffi-
 cit notitia generalis, quod Christus sit Unus & non plures Chri-
 sti, nec absolute necessariam est scire ea de communicatione I-
 diomatum, nisi per accidens, ut removeantur errores contrarii.

4 Status Exinanitionis, ut Conceptio Nativitas, etas, humilis con-
 ditio, quæ p. non necessario, p. ut præsupposita requiruntur Pas-
 sio & Mors de qua mox. Item De Sepultura quam simplici igno-
 rantia posse nescire dico. 5. Status Exaltationis, ut Descensus ad
 inferos, qui simplici ignorantia nesciri potest; Resurrectio, A-
 scensio, Passio, Sessio ad dexterã, Reditus ad judiciũ, quæ quædam
 necessario sciuntur, quædam tamen per accidens. 6 Officium

1. Propheticum, quod prædicando, miracula parrando, Sacra-
 menta instituendo peregit. Prædicationem & miracula Christi, sim-
 plici ignorantia nescire quis poterit; De Sacramentis vero dicendum,
 quod ipsa ratione Praxeos fidem conferant & confirmet, sed
 tamen Dogmata de Sacramentis fidem non caussentur, ideoque
 non sint fundamentales fidei articuli. 2. Sacerdotale ubi oc-
 currit ejus obedientia, tum activa quod Legem impleverit pro no-
 bis; & hoc Dogma est pars fundamenti; tum passiva quod scil.
 Mortè suã Sanctissimã iram placaverit, & nos redemerit ab o-
 mni iniquitate Tit. 2. 13. & hoc Dogma est lapis bene fundatus.

Act. 4. 12. Cor 3. 12. 3. Regium quod est in administratione hujus
 universi in Judicio universali quod salvo fidei fundamento po-
 test simpliciter ignorari. His ita perlustratis constat prætes fidei
 fundamentales esse: 1. Deus nõ vult homines in peccatis perire. 2. Deus vult
 hominibus peccata remittere & illos salvos fieri 3. Deus vult omnes homi-
 nes salvos fieri. 3. Deus vult homines salvare per filium Redemptorem,
 quem mundo tanquam Messiam promisit. 5. Messias ille homines qui sub Le-
 ge erant, Legem implendo redemit 6. Messias ille pro peccatis totius mundi
 satisfecit, pœnam peccatis nostris debitam sustinuit, & ita salutem omnibus
 acquisivit! Fundamentum ergo fidei hoc erit: DEUS quia
 non vult homines perire, vult illis peccata remittere &
 Salutem donare per filium Salvatorem quem mundo

promittit qui pro peccatis nostris obedientiam tua ratifi-
fecit & ita vitam nobis impetravit.

13. His ita de fundamento fidei positis; ulterius, quomodo
Articulus fidei dividi possit dispiciendum est. Omnium autem
commodissime videtur posse dividi in *Necessarium ad salu-
tem; & non necessarium;* [Alii dicunt *fundamentalem &
non fundamentalem;* Alii de fide & circa fidem; ut ut nomine
tū, perinde mihi est, *Distinctio* sane ipsa improbari nequit, quia
ipsa Scriptura distinguit inter *fundamentum*, & illud quod ei
superstruitur. *1. Cor. 3. 11.* Unde etiam antiquorum orta est distin-
ctio inter *Heresim & Schisma;* Ubi illa fidei fundamentum everte-
re, hæc vero in iis errare putatur quæ ipsam *Fundamentum* cir-
cumstant.] *Necessarius* dicitur, *qui ad fidem eam vel gene-
rando, vel conservando, vel falsas opiniones præcavendo, quæ
bus fidei fundamentum evertitur concurrat.* Et hic vel est
Absolute necessarius ad ipsum esse, sive fidei, sive fundamenti e-
iusdem, sine quo fides; & fidei fundamentum, nec esse nec conser-
vari potest, qui item salva fide & fidei fundamento, nec ignorari,
nec ignorari potest, & hunc recte dixeris *fundamentalem.* Est
autem duplex *Fundamentalis extrinsece & mediate.* Iqui quidem
ad fundamentum fidei constituendum *immediate & intrinsece*
nihil facit, sic tamen illi substratus est, ut nisi ponatur & creda-
tur, fundamentum fidei nec consistere, nec fides in animo ulla
ratione generari possit. Sic v. g. tales Articuli sunt *De Essentia Dei,*
quod sit Deus, *De Idiomatico Dei,* quod sit *Misericors, Verax, omnipotens,*
Omnisc. &c. *De personis* quod unus ille Deus sit *Pater, Filius, & Spiritus San-
ctus.* *De Voluntate Legali* quod peccatores severe puniat, *De Persona Chri-
sti* quod Deus Messiam promiserit, quod is sit Deus & homo, quod sit unus
personaliter. *De Homine,* quod sit peccator, quod pœnas peccatorum
mereatur, quod anima sit *Immortalis,* quod sit futura mortuorum resur-
rectio, quod *Infernus,* quod *Vita æterna sit.* Et hic qui contrariatur
docet & credit hæreticus est, qui vero illos ignorat, fidei fux &
Salutis pœturam paritur v. g. *Qui vel ignorat, vel negat quod sit
Deus ille fundamentum fidei fidei invertit, nec fiduciam in De-*

um concipere, gratiam illius scire, nec credere potest. *Funda-*
mentalis intrinsece & propriissime dicitur qui ad fidei generatio-
nem intrinsece, & immediate concurrat, & hominem in salutem
notitiam ducit, eam cordi persuadet, & ad fiduciam excitat, &
hic itidem salva fide ejusque fundamento, nec ignorari, nec ne-
gari potest. Tales sunt ii quos supra dixi partes fundamenti fidei.
Vel necessarius secundum quid ad bene esse fidei, qui facit ut fi-
dei bene sit, præcavendo falsas opiniones Articulis fidei contra-
rias, quæ fundamentum fidei convellere possunt, & hic potest
simplici ignorantia nesciri, quia fundamentum per se non at-
tingit, non tamen potest salva fide negari. Et hic iterum est tri-
plex: Alius qui potest salvo Salutis fundamento ignorari, non
tamen negari, quia ejus negatio evertit aliquod requisitum aut
Dogma fundamenti fidei. v. g. talia sunt Dogmata de Infinitate,
Immensitate, Spiritualitate Dei, de Sapientia, Justitia, Bonitate
Dei, De Voluntate consequente Dei, De Messia spectato ratione
ortus, ratione nominis Jesu, ratione exhibitionis, quod actu sit
exhibitus. De Communicatione Idiomatum, De statu Exinaniti,
maximam partem spectato, De Officio Christi Prophetico, quæ
omnia simplici ignorantia possunt à Laico nesciri citra jacturam
fidei, negari autem salva fide non item. Alius qui potest igno-
rari, & negari salvo salutis fundamento, non tamen salva fide
aut Salute, quia per eorum negationem peccatum mortale com-
mittit. Hic obiter notandum est, discrimen inter phrasas ever-
tere fidem, & evertere fidei fundamentum; fides evertitur non solum
per Doctrinam fidei fundamento contrariam, sed etiam per pec-
catum mortale, aut Doctrinam ad peccatum ducentem, unde
potest in homine everti fides, licet fundamentum fidei non e-
vertatur quemadmodum v. g. David per peccatum adulterii fi-
dem evertit licet fundamentum fidei integrum semper retine-
rit. Talia Dogmata quæ fidem, non fidei fundamentum ever-
tunt sunt, si quis dicat Historiam Samsonis non esse institutum Divinum,
non utique is errabit in fundamento fidei, sed tamen non abs-
que periculo Salutis errabit, quia laudem veritatis hoc pacto
adimet.

~~aut dicitur. sicut in quibus negat deget Ceremonias esse in Deo; propterea~~
Christi Regium, si statum integritatis neget, fidei suæ fundamentum
potest esse saluum, verum non item salva fides esse potest.
Articulus fidei non necessarius est qui vel ad fidei funda-
mentum, vel ad fidem generandam aut everrendam, aut quo-
quomodo conservandam nihil facit, ideoque tum fide tum fun-
damento fidei salvis, quibus ideo nihil decedit, potest & ignora-
ri & negari. Tales v.g. Articuli sunt: Dogma de propagatione
animæ per traducem, quod siue affirmes siue neges, circa fi-
dem aut fidei fundamentum ideo non periclitabere. Item quod
Imago Dei sit Donum Adamo connaturale, quod Liberum arbi-
trium sit in voluntate, non in mente, quod peccatum sit priva-
tio, quæ siue neges siue affirmes, fidei aut ejus fundamento nihil
quicquam decedit.

14. His ita de fundamento fidei & Articulorum divisio-
ne positis, Ulterius, Pontificos, Calvinianos & Photinianos
premere, illosque in fundamento fidei errare, imo illud planè
evertere, demonstrare libet. Et ut à Pontificiis ordiar; Illi fun-
damentum fidei Organicum siue Ministeriale quod est,
Verbum Dei Scripturis comprehensum pessimè corrumpunt, &
ita generandæ fidei inutile reddunt, dum Autoritatem ejus ab
unius hominis autoritate pendere, docere & dicere non erube-
scunt; Dicunt enim non *Scripturam Sacram, sed Ecclesiæ Authorita-
tem*, esse causam siue principium & rationem assentiendi. Hinc
etiam omnia sua, quæ credunt, probant & deducunt Pontificii
in hoc ultimo acquiescunt, *in hoc* fidem suam fundant, *in hoc* omnia
resolvunt, & *propter hoc* assensum fidei immotum præbent iis
quæ credunt. Sacram Scripturam à Deo esse non negant, sed
unde nobis innotescat esse illam à Deo, esse item illam nor-
mam controversiarum, *uti Bell. lib. 4. de V. D. cap. 12.* & alii vocant,
partialem, hoc quærent, & constare dicunt non aliunde, quam
ex Autoritate Ecclæ, ita docentis & proponentis, sine qua si ef-
set, fabulis Æsopi nihilo melior esset. *Per Ecclesiam*, non intel-
ligunt omnia Ecclæ membra siue seorsim siue junctim confide-
rata,

tata, nec omnes Ecclesie Doctores, sive iugulos sive in Concilio congregatos sed solum Pontificem Romanum; Infallibilitas aut Bell. lib. 4. de Pontif. Rom. cap. 2. non est in cœtu Consiliariorum, nec in Concilio Episcoporum, sed in solo Pontifice. Is ergo per Ecclesiam illis intelligitur, qui nuper fuit Cardinalis, Barbarinus, nunc audit Urbanus VIII. Pontifex optimus, Pater Sanctissimus, Christi in his terris vicarius; ab hujus autoritate suspenditur omnis Pontificiorum fides, ejus judicio & decisione nititur; Quia non est in universa Ecclesia, sive seorsim singula, sive junctim omnia membra consideres, cui Infallibilitas in decisione controversiarum competat quam solus Pontifex Romanus. Quidam ex Pontificiis intelligunt quidem per Ecclesiam summum Pastorem cum Concilio aliorum Pastorum. At Concilia errare posse ultro fatentur Pontificiis, si non accedat Autoritas Pontificis, imo & sæpius errasse Non est ergo infallibilitas in Ecclesia secluso Pontifice Est in Pontifice. Principium ergo credendi Pontificiis est; non: Quicquid Scriptura Sacra, sed Quicquid Ecclesia hoc est Pontifex Romanus ex cathedra definiens docet, id est infallibiliter verum, ideoque fide Divina credendum. Statuunt ergo sese credere Scripturis, quod sint Divina, motos non ab ipsis Scripturis, sed ab autoritate Pontificis, credere sese Promissionibus in Scriptura contentis v.g. quod Deus sit Pater noster, quod filium miserit, Spiritum Sanctum dederit, quod peccata remittat &c. autoritate Ecclesie h. e. Pontificis, hominis, de quo nemini constare potest an verax, pius, infallibilis, imo an Ecclesie membrum sit. Ita nimirum absurdi sunt Pontificiis, qui non erubescant Ecclesie, nomen quod collectivum est uni adaptare personæ, & eandem venditare pro Judice infallibili & statuere quod Scripturæ autoritas quo ad nos ab ejus testimonio unice pendeat, quum apud myriadas Christianorum, Divinam Scripturam obtinet autoritatem, qui de Pontifice Rom. vel audierunt nihil, vel judicium ipsius non unius æstimant assis. Argumentor sic: Aut non credit Pontifex Rom. aut si credit, ideo credit, quia ipse hoc dixit; sua ipsius autoritate motus; quod est ridicu-

fallum, quia tales revelationes immediate non sunt Pontifici à Deo, nec enim illi mediata conferretur fides, quod iterum fallum; aut quia Scriptura S. hoc dicit & veritatem proponit, & huic Scripturæ credit, Vel motus auctoritate Scripturarum, & ita scriptura illi erit primum credendi principium; Vel motus alia auctoritate, quæ dicat Pontifici Scripturam esse divinam, cui auctoritati ut credat, opus erit alia auctoritate, & iterum ad hanc alia, & in Infinitum usque. Et ut vanitas principii Papistici magis pateat, *demonstrare illud libet è natura & conditione principii quod debet esse indemonstrabile, h. e. quod alio priori principio non demonstretur.* Atqui hoc Principium: *Quicquid Pontif. &c.* est omnino demonstrabile, magna enim probatione eget undedum illud probare nituntur, circulum committunt; manet itaque. non Ecclesiam, sed S. Sacram primum esse credendi principium, ex illo enim omnes conclusiones Theologicæ deducuntur, in id etiam ultimo resolvuntur. Hinc etiam manifestè patet Principia Religionis Pontificæ v. g. Quod Ecclesia docet est verum, quod Pontifex docet est verum &c. ex ipsis scripturis deduci & demonstrari. Et sic semper in ordine quo ad nos prius erit Scripturam verum dicere, Scripturam non fallere, quam aut Pontificem, aut Ecclesiam, aut Traditiones verum dicere, quia veritas & infallibilitas eorum ex infallibilitate Scripturæ Sacræ ab ipsis Pontificiis deducitur. *Deinde Principium Theologicæ debet esse verissimum, & quidem ita ut generet fidem Divinam;* Hoc autem principium: *Quicquid Pontifex definit est infallibiliter verum,* non potest generare fidem Divinam. Ergo &c. Minorem probatio: *Quia adhuc incertum est apud Pontificios cui sit deferendū iudicium, An Papæ an vero Concilio; fatetur Bellar. Catholicos non convenire de hac re lib. 2. de Concil. cap. 13. 14.* Illi Conciliis, hi Papæ auctoritatem superiorem tribuunt, neutri tamen quod dicunt ita esse de fide ut pro hæretico habeatur, quia contrarium sentiat Bell. lib. 4. de Pont. cap. 2. & 7. Res igitur omnis in hac controversia; An Papa, an vero Concilium sit infallibile, *in nuda opinione est;* unde ita concludo: *Quæ res adhuc in nuda opinione est non potest*

potentia habere. Item Divinum, ideoque nec esse veri infallibile principium; Atqui hæc res: Quidquid Pontifex definit est verum, apud Pontificios in nuda opinione est, quia illis nondum certo constat an quod Pontifex definit sit infallibiliter verum, quia opinari, Pontifex errare possit non est illis hæreticum, & sic per consequens opinari, quod hoc principium falsum sit, hæreticum non erit. Lis item adhuc sub Judice est, an Papa, an vero Concilium sit infallibile. Ergo &c.

15. Deinde fundamentum fidei Dogmaticum, quod est adæquata & immediata fidei generandæ causa similiter ever-
tunt; dum sub denuntiatione anathematis exigunt, ut quisque non tantum de peccatorum suorum remissione, verum etiam sua salute dubitet. Sic enim inter alia Concilium Trid. Si quis dixerit omni homini ad remissionem peccatorum assequendam, necessarium esse ut credat, certo & absq; ulla hesitatione propria infirmitatis, peccata sibi esse remissa; anathema sit. Item. Si quis dixerit, hominem à peccatis absolvi, ac justificari ex eo, quod se absolvi & justificari certo credat, aut neminem vere esse justificatum, nisi qui credit, se esse justificatum, & hac solâ fide, absolutionem & justificationem perfici; anathema sit. Item Si quis dixerit hominem renatum ac justificatum teneri ex fide ad credendum, se certo esse ex numero prædestinatorum; anathema sit. Est igitur vigore horum canonum hæc mens Pontificiorum, credere quidem in genere hominibus peccata remitti; sed an sibi remissa sint, si quis credat illum anathema esse. Item Credendum quidem esse voci Evangelii, quo peccatores absolvuntur à peccatis, & justificantur: an a. tu voce ista absolutus & justificatus sis, tibi non credendum. Item: Si credas te justificatum esse per Christum, te anathema esse: Item quamvis renatus & justificatus sis, tamen te non teneri ad credendum, te esse è numero prædestinatorum, atque adeo non teneti, h. e. de jure non debere quinquam certo credere se esse prædestinatum, nisi esse velit anathema. Quod si igitur anathema esse nolit (a contrario sensu) tenebitur credere se esse è numero reprobatorum. Reprobi enim, ut inquit Bell. Lib. 2. cap. 16. de Grat. & Lib. Arb. opponuntur Ele-
ctis &

Etis & contradictione & contrarie. Hoc ergo omnino legitur:
Qui non credit se predestinatum, is credit & se esse reprobatum, & se non
esse predestinatum hoc enim est contrarie & contradictione oppo-
ni. Qui autem credit se predestinatum, is ex sententia Patrum Triiden-
tinorum anathema est. Ergo qui credit se & reprobum & non predestina-
tum esse, is non erit anathema, sed benedictus. Credere autem se repro-
bum, & credere se non predestinatum, est desperare. Ergo qui desperat apud
Pontificios, salvabitur, eritque benedictus. Hæc nimirum est pietatis
Pontificiæ Doctrina, ex qua meri laquei necuntur pro con-
scientiis illaqueandis, quibus postea Diabolus venator utens, du-
bitantes, & in effectu desperantes animulas, tanquam optimas
prædas secum in æternum rapit barathrum, ut vita cum gemitu
fugiat indignata sub umbras; Videatur hic B. Chemnit, in Exam. Conc.
Trid. par. 1 fol. 366. & seq.

16. Cum Pontificiis jungunt hic suas copias Calviniani,
qui licet una nobiscum detestantur & damnant Pontificiam du-
bitationem, neque (etiam (ut opinor) hoc sine doceat commen-
tum suum, prædestinationis absolutæ, ut inde hauriatur dubi-
tatio sed jubent renatos de sua ipsorum Electione certo per fi-
dem pronunciare, & de hac in Domino gloriari. Recte id qui-
dem & piè; Utinam vero non destruerent, hoc ipsam altera
manu, quod una ædificant; Imo vero utinam non easdem cum
Pontificiis præmissas tenerent, facile se ipsos à conclusione ab-
solverent. Quæritur enim hic de *ὁμολήξες*, quomodo & unde; quilibet
renatus certo pronunciare possit se esse ex numero salvandorum? Hic
appello ad ipsorum conscientias: An fieri id certo possit ex voluntate
Dei revelatæ nequaquam! quia alta est voluntas, signa quæ quidem
Deus: Præcipit & prohibet, promittit, consulit, implet, ut ha-
bet vetus apud Bonavent. versiculus. Præcipiat igitur, prohi-
beat, promittat, consulat, impleat in verbo, si non est erga te be-
ne affectus voluntate Beneplaciti, quid hoc ad te? An igitur certo
id scias ex promissionibus? Nequaquam! quia universalitas
illarum restringitur tantum ad genera singulorum,
non ad singulos generum. An ex usu Sacramentorum? mi-
almet

nime, quia sacramenta etiam pertinent tantum ad voluntatem
 signi, quæ non tantum non coincidit semper, sed quandoq; pro-
 fusus contraria est voluntati Beneplaciti, ex ipsorum sententia.
 An ex merito Redemptionis Christi? Neque hoc! quia ut Bucanus ait
 Christus sufficienter mortuus est pro omnibus, sed efficaciter tantum pro E-
 lectis & fidelibus. Subsume. Quæro ego, non tantum an sim Electus, sed
 etiam an fidelis? Ergo quæro an Christus pro me efficaciter mortuus sit?
 Non revelat autem illud: pro omnibus sufficienter! Addit i-
 dem Bucanus: Si vim Sanguinis Christi respicias, ad redemptionem o-
 mnium sufficit. Si vero propositum Consiliumq; Dei æternum, volun-
 tatemq; Mediatoris intuearis, pro soli Electis mortuus est. Non quæ-
 ro autem quomodo sufficiat, sed quomodo, & pro quibus facta sit ex
 Dei Patris consilio, an & ego illi consilio redimendorum inclusus? Re-
 demptio autem, ut audis, ex proposito Dei æterno, & volunta-
 te ipsius Mediatoris, non est pro omnibus. Nemo igitur pro
 se Redemptionem subumere neque sibi applicare potest, quam-
 diu impossibile est ut bona consequentia hæc sit: quid in Acade-
 mici sunt docti, Ego ero academicus E ero doctus. Sed ut plenius hæc
 declarentur, proferemus modernorum quorundam Calviniano-
 rum in hoc negotio praxin, qui ad quæstionem: Unde quilibet
 concludere possit, quod sit in numero Electorum? Duplicia pro respon-
 sione signa proferunt Interna & Externa. Interna i. Testimonium Spi-
 ritus s. 2. Luctam Spiritus ad versus carnem. 3. Veram in Christum fidem.
 Externa veto 1. Veram pœnitentiam 2. Serium studium audiendi verbum
 Dei 3. Salutarẽ usum Sacramentorum. 4. Veram & constantẽ invocatio-
 nem Dei in nomine Iesu Christi 5. Veram confessionem Christi 6. Finale
 perseverantiam & constantiam. Unde contra; dubitationem argu-
 mentum novem membri constans necesse potest: Quicumque prædi-
 ti sunt 1. Vera fide 2. Testimonio Sp. Sancti 3. Lucta Spiritus contra
 carnem 4. Studio audiendi verbum 5. Et utendi Sacramentis 6. Et fidu-
 cia confitendi Christum 7. Spiritu precum 8. Vita confessioni conformi
 p. Et dono perseverantia, hi sunt Electi. Assumptio debet esse practica,
 ut quilibet sibi applicet omnia illa membra. Inde erit conclusio vera.
 Ergo ego sum Electus. Videantur in hanc sententiam celebres
 hoc tempore Calviniani, qui hoc ferme modo concludunt.

Alia de ipsa ratione & quam iraminea ex mente horum, in
subsumptione sit hæc argumentatio demonstravit olim magni
nominis Theologus Dn. D. Balthazar Mentzeri9 disputatione pu-
blica An 1611. 9. Martii Gießæ habita; ubi inter alia sic thesi infert:
*Quid vero si homo dubitet de fidei suæ tum veritate, tum perseverantia?
Quid si sentiat iratum Deum? Quid si particularitas Electionis ipsum tor-
queat, inprimis in Schola Calymistarum ubi viget decretum reprobationis
absolutum? ubi gratia Dei, Christi meritum, Evangelii annunciaro, cum
animo communicandi gratiam, restringitur ad solos absolute Electos? sic
ille. Piscator in Disp. de Prædest. th. 85. non exiguam lectoribus in-
culcat dubitationem, dum ita argumentari docet: Gratia non
nullis confertur animo communicandi. Ergo fieri potest ut & ego sim in illo
numero. Quæ collectio an satisfactura sit anxie conscientiæ ipse
viderit. Gaudere potius credo Diabolum in sinu, de tam falsa
ci Sophistica. Quid enim si hoc (fieri potest ut sim) infringatur
per aliud (fieri potest ut non sim) Et sic formaretur argumentum:
Gratia nonnullis offertur animo communicandi. Ergo fieri potest, ut non
sim in eo numero. Ex puris enim particularibus nihil sequi constat.
Ut jam taceam destructo vero fidei fundamento fidem ipsam sta-
re non posse. Is enim fundamentum fidei evertit, qui non
tantum negat Doctrinam fundamentalem, sed etiam ita cotrum-
pit ut inutilis sit generandæ fidei. Nötetur hic obiter periculo-
sissimum illud Beze lib. I. Epist. p. 88. essatum: Deum quosdam homi-
nes ad interitum descripsisse, quibus quoddam tantum fidei temporariæ
simulacrum largiatur. Quid si igitur quis ita tentetur: An Deus
ipsi veram fidem an vero simulacrum tantum fidei, & fidem tem-
porariam tantum largitus sit, & interim ad interitum; descri-
pserit, aliamque largiri nolit? Pater igitur Calvinianos fun-
damentum fidei Dogmaticum ita tractare, ut prorsus inutile sit
generandæ fidei. Nunc videndam etiam de fundamento fidei Es-
sentiali.*

17. Calviniani substantiale fidei fundamentum
quod Christus est, ita evertunt, ut illi tuto fides nostra inni-
ti, aut in illum fiducia collocari non possit. Quia I. *Naturas Chri-
sti ita ab invicem dijungunt, ut una sit v. g. Divina ubi altera non
sit v. g.*

vullam. II. Tollunt communicationem 1. ὑπεστάσεως τῶν λόγων cuius
 carnem participem facere non possunt salva iliorum hypothefi
 quod propria (quale etiam est ὑπεστάσεως) non possint alteri com-
 municari 2. Naturarū, quam Calviniani tollunt, quia communi-
 cationem idiomatum negant, eo quod confusionem naturarum
 ipsis pariat. 3. Propriorum quæ à naturis dependent. 4. Operationum
 quas necessario tollunt quia Idiomata tollunt; talem ergo Do-
 & trinam fovent qua stante Naturæ in Christo divelluntur, perso-
 na dissolvitur, & consequenter & officium, ratione cuius fidei
 nostræ fundamentum est annihilatur. Adde quod stante hypothe-
 si Calv. hoc resultet: Christum sc. non esse Deum 1. Quia Christo se-
 cundum Divinam Naturam in tempore aliquid datum esse ajunt;
 At cui in tempore aliquid dari potest, non est verus Deus. 2. Quia
 Deitas Christi sedet ad dexteram Dei; jam autem quod sedet ad
 Dexteram Dei, non est ipse Deus (minorem statuunt Calviniani Bre-
 menses, Herbonenses) 3. Si ob tropica est prædicatio Panis est corpus;
 quia panis neq; est species, neq; differētia, neq; proprium, neque
 accidens corporis respectu, sequitur ob eandem causam hanc et-
 iam esse tropicam. Christus homo est Deus, (similium similis ra-
 tio) At prius asserunt Calvinistæ E & posterius h. e. Christus ex
 Calvinistarum hypothefibus erit Deus tropice, 4. Accipe diserta
 Galvini verba lib 1. Inst. cap. 13. Sec 23. Zanchij in Præfat. de tribus Elo-
 him Sohnij rom. 2. Exeg. p. 123. Pater est Deus κατ' ἐξοχήν, impie! Ubi
 enim est summa & unitissima Essentia Identitas, quomodo ibi
 aliqua statui potest vel debet ἐξοχή, quippe quæ inæqualitas con-
 sequens? Idem Calv. in commentario ad Zach. cap 2. pag. 600. edit. Ge-
 nev Grynæ9 disp. de dicto Christi. Pater major me est, ait; Christus tanquam
 persona missa est Patre inferior absurde! Sic enim Sp. Sanctus minor
 esset mittente filio quod iterum impium. Talia itaque ex il-
 lorum assertionibus resultant quæ nos in ipso vetant tuto fidu-
 ciam ponere, Hæc de fundamento fidei Essentiali.

18. Reformati fundamentum fidei Organicum quod
 est Verbum Dei, evertunt, & fidei generandæ inutile red-
 dunt.

~~De contradictione & contradictione~~ Pontificios defendant, talem tamen Scripturam faciunt, cujus veritas, quoad pronunciata Salutem concernentia suspecta nobis, incerta & dubia fieri possit. Nam 1. *Vocationem Dei universalem ad paucos restringunt, quam Scriptura ad omnes extendit Ergo &c.* Deus in suo verbo dicit illud, cujus tamen contradictorium est verum. Dicit V. g. *Scriptura Deum omnes vocare, cujus contradictorium juxta Reformatos est verum, Deum non omnes vocare. Dicit S. Sacra Deum vocantem serio hoc agere, ut omnes convertantur, Deum jurantem serio velle omnium Salutem, cujus contradictorium juxta Calvinianos est verum: Deum non agere serio, ut omnes convertantur: Scriptura ergo Sacra dicet fallum, quia impossibile est duo contradictoria esse simul vera.* 2. *Homines reprobos ab omni culpa interitus absolvunt, & culpam in Deum unice transferunt.* Nam juxta Reformatos, & si improbi verbum Dei non audiunt, hoc ipso tamen non negligunt tale quid, quod, si id observassent, salvi facti fuissent, quia verbo omnem efficaciam auferunt sive audiant, sive non audiant, non tamen convertuntur, & sic neglectu suo sibi nocere non possunt, cum ne sic quidem converti potuissent, etiam si diligentissime audivissent. Item juxta Reformatos, per Deum unice stat quo minus credant, quia dicunt Deum ex mero beneplacito nolle omnes convertere, nec omnibus velle dare sufficientem gratiam, & conversionis media, nec velle adhibere operationes ad conversionem necessarias; juxta Reformatos, ergo culpa non est, in reprobo sed in Deo quod non convertatur. At ejus contradictorium asserit scriptura, quod non penes Deum sed unice penes hominem culpa sit non conversionis. Scriptura ergo hac ratione saltem suspecta & dubia nobis erit. Deinde *Sacramenta sua virtute exuunt* Baptismū ō organon dicūt, sed nudū signum salutis. Sacramentum Cœnæ negant ob signare promissionē Evangelicā, & Christum unicuiq; cōmunicantiū testari, pro ipso esse fūsum sanguinē suum, negant enim vel corp⁹ Christi pro omnibus traditū, vel sanguinem ejus pro omnib. fūsum; Et sic Christus in Sacra Cœna ō potest testari omnibus, quod corpus suū sit traditū pro illis omnibus. At qui ordinem Divinit⁹ institutū in promovēda Salute evertūt, illi fidē ipsā evertūt. Sed hac de Sentētia Calv. dixisse sufficiat; nunc paucis ad Photinianos.

30. Tria hic in Photinianis observamus 1. Nolunt dici vel Pho-

Uniani. Vel Ariani vel Hæretici. 2. Volunt dici & esse Christiani.
 Cupiūt esse fratres nostri, quāvis æstiment nos de Christi persona,
 de Deo & homine varios errores fovere, quos tamē ita cōparatos
 esse dicunt, ut salutē per se non adimant, quamvis facile impedi-
 ant, quo min9 quis viam quæ ad eam ducit cognitam habeat. Hic
 pro Decisione unicam ponimus Conclusionem. *Photiniani funda-
 mentum fidei prorsus evertunt hoc est talem Doctrinam spargunt, quæ
 illud quod fidei fundamentum est & tollit, & fidei generanda prorsus
 inutile reddit,* quod probatur ordine de triplici fundamento 1.
Photiniani fundamentum essenziale quod Deus & Salvator
 noster Jesus Christus est, ita evertunt, ut nemo vel in Deum,
 vel in Christum tuto credere possit. *De Deo statuunt* quod suffi-
 ciat scire ad Salutem quod sit Deus, quod unus, æternus, perfecte
 justus, perfecte Sapiens, perfecte potens &c. *Catech. RAVO.* Item
Ostorod. in Inst. cap. 3. pag. 28. Unde colligo: qui detrahit cogniti-
 onem, Dei, h. e. ea quæ ad salutem scitu sunt necessaria de Deo, &
 per quæ ab Ethnico Christianus dignoscitur, ille evertit funda-
 mentum fidei Essentiale. Photiniani hoc faciunt; quia sex ista ca-
 pita: quod Deus sit, quod unus &c. etiam sanioribus Ethnicis fue-
 re cognita, qui tamen fuere sine Deo *Eph. 2. 12. Gal. 4. 8.* Nec de Deo
 audivere *Rom. 10. 14.* & vivere in temporib. ignorantie *Act. 17. 30.* id-
 eoq; non fuere salvati &c. *De Trinitate asserunt,* quod sit Idolū An-
 tichristi & Blasphemū dogma, & dicunt sine opinione Trinit. fide
 cōsistere. *Socinus in libro quod Evangelici pag. 28.* Cui nos cōtradici-
 m9 asserēdo, quod Dogma de Trinitate sit mediate & extrinsece fun-
 damentale, ita ut nisi credatur, fundamētū fidei intrinsecum nec
 cōsistere, nec fides generari possit. *Huc faciunt illa de quibus th. 7. nos
 dixisse meminimus.* *De diomati Dei statuunt* quod differant à Deo
 realiter & sic negant simplicitatem Dei, quod non sit Essentiali-
 ter justus & Misericors quod non sit Essentia Dei in omnib. locis,
 quod ab æterno non præsciverit aetiones cōtingētes hæc quidē
 ex parte possunt ignorari salvā salute, nō tamē possunt negari. *De
 Operib. Dei statuunt* 1. Quod prædestinatio sit facta respectu operū
 Item quod Deus laps9 & peccata prædestinaverit. 3. Quod redem-
 ptio sit facta sine interventu pretii. 4. Quod vocationi homo per
 vires sui arbitrii possit obedire. 5. Quod organon vocationis nem-
 pe Baptism9 sit nuda ceremonia tēporaria. 6. Quod Regeneratio.

non in opus hominis De quo non locuti habeat in totis aeternis,
non infantibus; quod non versatur ullo modo circa peccatum o-
riginis, quod merum mentis figmentum esse ajunt *quae omnia*
partim fidem, partim fidei fundamentum evertunt. De Christo sta-
tuunt. 1. Ratione personae quod non sit θεῶν ὁμοιωσις Naturā Deus
aeternus, Patri suo ὁμοῖον nec ab aeterno à Patre genitus,
nec in statu exinanitionis Omniscius Omnipræsens. O-
mnipotens, nec Creator Cœli & terræ Item quod hu-
mana natura non sit assumpta in ὑπόστασιν τῆς λόγῳ, quod fue-
rit naturā mortalis purus putus homo, & solum ratione officii
Deus. 2. De Officio Christi & quidem 1. Prophetico, quod in docen-
do sese sæpius accommodaverit falsis auditorum opinionibus,
quod obscure & perplexè data opera locutus sit. 2. De Sacerdota-
li, quod non sit factus victima pro peccatis nostris, nec verè pro
illis satisfecerit. 3. De Regio quod post ascensionem demum Rex
factus sit, quæ sanè singula talem Christum fabricant, in quem
nemo tuto credere possit.

21. II. Photiniani fundamentum fidei Organicum quod
est Verbum Dei evertunt. & fidei generandæ inutile reddunt, af-
ferunt enim parum curandum esse, quid dicat de cultu Dei Pro-
pheta V. Testamenti. Scripturam item obscuram & perplexam
esse, Christum & Apostolos, studio interdum ambiguè locutos
esse, hominum opinionibus sese accommodasse Evangelistas er-
rare potuisse, faciunt ergo nobis Scripturam errori obnoxiam,
ambiguam, obscuram, proplexam, hoc est talem cui tuto fides
adhiberi non potest.

22. III. Photiniani fundamentum fidei Dogmaticum,
quod est immediata causa generandæ fidei evertunt, & illius
præcipuam partem directè tollunt, asserendo Christum non sa-
tisfecisse pro peccatis nostris, & Patrem absolutâ sua gratia sine
Satisfactione Christi homines salvare, quâ assertionem partem
fundamenti ponunt sc. gratiam Dei partem autem alteram scil.
Satisfactionem Christi tollunt. Ex hac Conclusionem sequentia
fluunt *negio p̄p̄ta*: 1 Photinianos non posse agnosci pro fratribus, (tra-
ternita.

ternitatem mysticam intelligo quã pii in unitate Spiritus, per
veræ fidei professionem, ad unum corpus mysticum copulan-
tur; unde factum ut primum N. Testamenti tempore, fideles di-
cerentur fratres. *Matth. 23. 8. Luc. 22. 32. Ioh. 20. 17.* Fundatur autem
hæc fraternitas in unitate fidei *Eph. 4. 5.* h. e. veræ Doctrinæ, unde
ultra consequens, quod qui unitate fidei fidelibus non conjun-
guntur, nec fratres esse, nec veræ Ecclesiæ membra esse (quia fides
vera, veram constituit Ecclesiam) nec Deum Patrem habere
possint? Ultra ergo sequitur Photinianos, qui à nobis in fun-
damento fidei dissentiunt pro fratribus agnosci non posse. I. I.
Photinianos rectè dici ab Authore Sectæ. Photinianos, Photinus
is fuit sententiæ Photinianæ Patriarcha, & ab illos eos denomi-
namus Photinianos. I. Propter Scripturæ consuetudinem; Nam
à Nicolao, quem putant fuisse illum cujus mentio fit *Act. 5. 36. di-
cuntur Nicolaitæ Apoc. 2. 6. 15.* à Baal Baalitæ 2. Propter rei necessi-
tatem; Quia enim à nobis in fundamento fidei dissentiunt, & ita
se à nobis segregarunt, necesse est ut distinctionis causa, pro-
fessionis certum nomen eligant. Nam titulus Christiani nimis
generalis est, quem sibi omnes indefinenter usurpant. Sed hæc
latius in Doctorum virorum scriptis diducta invenies. Nunc
restat ut ordine in Attributis Divinis demonstretur, eos omnes
qui in fundamento fidei à nobis dissentiunt, ab ipso etiam Deo
dissentite; verum quia præter opinionem prior excrevit disqui-
sitio; nuda solum attributa paucis considerabimus.

23. Voce attributi hic utimur, quã omne id significatur
quod Deo attribuitur per modum predicati, Non vero voce r.
Affectionis, quæ notat conceptum, qui quidditatem rei necessa-
rio & semper consequi intelligitur, & sic tribui nequit *Attributis*
Dei quidditativis. Nec 2. *Propriis*, quæ vox secundum loquendi u-
sum communem notat illas affectiones, quæ ordine naturæ po-
steriores sunt subjecto. Nec 3. *Accidentis*, quæ vox juxta usum
ejus (quicquid sit de impositione) significat Essentiam alteri ac-
cidentem adeoque imperfectam.

D

24. At-

24. *Attributa Dei a variis variè etiam distinguuntur. Becko-
nus parte 1. Theol. Schol. in initio, è Scholasticis ita distinguit: At-
tributa Dei, ait, Alia sunt Relativa, quæ dicunt relationem ad
Creaturas, ut esse Creatorem, Gubernatorem &c. Alia Positiva & ab-
soluta, quæ per modum positivæ Entitatis de Deo enunciatur,
ut esse Bonum, Potentem, Iustum, Misericordem &c. Alia Negativa,
quæ per modum negationis de Deo dicuntur, ut esse Immorta-
lem, Incorporeum &c. Et hæc trium generum prædicata cogno-
scuntur triplici via. Prædicata Relativa v.g. per viam Causalfal-
tatis. Positiva per viam Eminentia seu perfectionis, Negativa
per viam negationis. Damasceno lib. 1. de Orthodoxa fide cap. 4. At-
tributa quædam dicuntur de Deo per modum quidditatis, quæ
de Deo prædicantur in quid est, & per modum cuiusdam vel qua-
si generis, ut sunt, esse Ens Spiritum &c. quædam per modum
Qualitatis, quæ de Deo per modum cuiusdam vel quasi affectio-
nis, seu proprietatis dicuntur, ut sunt esse unum, simplicissi-
mum, optimum, verum, perfectum, Infinitum, Omni-
præsentem, Immortalem, &c. Nobis, missis aliis aliorum opi-
nionibus, Damasc. sequi placet. Ut autem hic inoffenso, quod a-
junt pede progrediamur, dispiciendum ante venit. An & quo-
modo Attributa Dei ab Essentia & inter se distinguan-
tur? Pro decisione sequentes pono Conclusiones. Prima
Attributa Divina prout sunt in Deo non distinguuntur realiter ab Essen-
tia Divina vel inter se; quæ assertio est contra omnes illos qui
Deo accidentia tribuunt. Nam si hoc esset, Deus non esset 1. Perfe-
ctissimum Ens, quia perficeretur ab accidente superaddito. Est au-
tem Essentia Dei perfectissima, E. in sese, & ex sese, dicit omnes
perfectiones, sive formaliter, sive eminenter E. in sese, & non
per aliud additum est sapiens, Justa, Bona &c. Unde Script. at-
tributa de Deo enunciat in abstracto, quod fit Vita 1. Ioh. 1. 2. Lux
1. Ioh. 1. 5. Charitas 1. Ioh. 4. 8. quod indicat Deum esse Essentialiter
vitam, lucem, charitatem. Nec 2. Simplicissimus, ut qui ex acci-
dente compositus esset Nec 3. Purissimus actus, ut qui in potentia
passiva esset, ad recipiendum accidentia. Nec 4. Totus independens,*

utis, ut qui accidens haberet a se dependens. *Ita* ; *Ens summe*
necessarium, ut qui haberet cui inesset accidens, quod est *Ens con-*
tingens. *Posterior pars*, quod non distinguantur attributa inter sese rea-
liter probatur inde; quia *Essentia Divina* est summe simplex, *E.*
non includit plura prædicata *Essentialia*, realiter inter se di-
versa. *Concl. patet*; quia unica simplex *Essentia*, non potest,
habere in sese plura prædicata *essentialia* realiter inter sese di-
stincta, alias non esset summe simplex. videatur *Becan par. 1. Theol.*
Schol. cap. 1. qu. 1. Secunda Concl. Attributa Divina prout sunt in
Deo non distinguuntur ex natura rei formaliter ab Essentia Divina nec
inter sese. Ubi nota *Attributa* quidem ab *Essentia Dei* & inter
sese formaliter distinguuntur, sed non actu, & ex natura rei. *Prior*
pars probatur. Nam si attributa *Dei* distinguantur ab *Essentia*
Dei ex natura rei. *Essentia* non involvet ex natura rei
attributa, & sic non erit infinite perfecta ex natu-
ra rei, sed potius perficietur per attributa, ut pote distincta ex
natura rei, quod falsum est. Videatur hoc argum. plolixius di-
ductum apud *Becan. par. 1. Theol. Schol. cap. 1. qu. 1. 2. Posterior pars asseri-*
tur; Quia *Essentia Divina* ex natura rei est omnino simplex *E.*
non habet plura prædicata *Essentialia*, inter sese distincta ex na-
tura rei, alioquin *Essentia Divina* non esset omnino simplex, sed
ex multis prædicatis *essentialibus*, ex natura rei inter sese di-
stinctis composita. *Tertia Concl. Attributa Divina ab Essentia*
Divina & inter sese distinguuntur Virtualiter sive ut alii ajunt ratio-
ne ratiocinata; patet hoc inde, quia attributa *Divina* intelligun-
tur ut multa: est enim ibi *Intellectus, Voluntas, Sapientia, Potentia &c.*
Ubi autem est multitudo, ibi est distinctio, ubi *Distinctio*, ibi
vel est rei, vel rationis; Non rei, uti visum *Concl. prima.*
E. rationis, non ratiocinantis, quippe quæ fit sine funda-
mento in re, *E. ratiocinatæ*, ubi *intellectus* noster ex
re sumit occasionem distinguendi; Et hac ratione *Intel-*
lectus noster unicam simplicissimam *Essentiam Dei* Distinguit
in plura, & in ea intelligit plura attributa, motus vel *1. Distin-*
ctione Operationum in rebus creatis, v. g. ñ intelligere, & ñ velle,
unde ex illa diversitate distinguit in *Deo* attributa *è vege* *è ñ vege*

~~De rebus creatis v. g. Bonitatis & Veritatis. Ver. 2. Dignitate affectionum~~
in rebus creatis v. g. Bonitatis & Veritatis, unde occasionem habet distinctè concipiendi in Deo quæ his correspondent v. g. Bonitatem & Veritatem.

25. Nunc jam ad **Attributa Quidditativa**, quæ tria numerari possunt **ENS SUBSTANTIA SPIRITUS**. **ENS** dicitur Deus καὶ ἐξαιρέτων I. Quia in lingua sancta dicitur **ἴδιον** h. e. independenter, eminenter, immutabiliter **ENS** 2. in **Scripturis Græcis** lingua ipsius Sp. Sancti dicitur ὁ ὢν *Apoc. i. 8. 70.* *Interp. Exod. 3. 14. 3.* Competit Deo per Excellentiam operatio **E.** per excellentiam est **Ens**, quia maximè est positus extra nihil **E.** maximè est **Ens**, **Substantia** dicitur **Deus**, non in sensu predicamentali, ita enim est ὑπερσώσιος, quia non est **Substantia** quomodo nostras, sed in sensu negativo, quod non fulciatur, dependeat, aut sustentetur in esse aliquo modo ab alio. **Spiritus** dicitur **Deus** in sensu proprio, h. e. expers materiæ & formæ, ita dictante nobis **Scripturæ** litera *Ioh. 4. 24.* & rationis evidentia, quia compositio ex materia & forma, dicit imperfectionem tum dependentiæ à componentibus suis sive extrinsecis sive intrinsecis, tum potentia passivæ, quam materia comitem secum habet, tum Posterioritatis; quia compositum est dependens à suo dependente, ideo posterius ipso.

26. **Qualitativa attributa** sic appello, non quasi sint qualitates Deo inhærentes, nec quasi per modum qualitatibus Deo tribui debeant, sed quia propter intellectus nostri imperfectionem, qui simplicia intelligit per modum compositorum, non aliter apprehendit ac si qualitates essent, cum tamen sint de ipsa essentia Dei. Horum primum est **Unitas** Ubi noto 1. **Deum esse unum non unitate per accidens, sed per se** 2. **Non universali, sed singulari**, eaque non omni, quæ aliquam sese superiorem naturam agnoscit; sed **negativa**, quæ plures Deos coexistentes ita excludat, ut illi sc. **Essentia divinx**, prorsus repugnet, repetiri in pluribus numero **Diis**. Et hæc unitas probatur tum **Scripturis**, tum **rationibus**. **Scripturis** constat; quia primo **Deus** simplici affirmatione dicitur **U-**

tur UNUS, i.e. unicus cui eſtinget *Deut. 6. Zach. 14. 9. Mat. 2. 10. Mat. 19. 17. 23. 9.* Quia ſecundo ita dicitur eſſe unicus; ut præter eum plures eſſe aut eſſe poſſe ne gentur, & præter eum, non poſſit eſſe Deus alius *Deut. 4. 35. cap. 10. 17. 1. Sam. 2 2 Apoc. 1. 8. cap. 21. 6. E. Ratione* conſtat Dei unitas 1. *Quia eſt Ens Neceſſarium*, id eſt neceſſario exiſtens, E. Ens maxime unicū; Neceſſario n. & per ſe quidq; eſt, non quā in genere conſideratur, ſed qua actu eſt; ſi enim plures Deos ponas, jam in ſingulis nihil inveniens cur neceſſario ſit, nihilque cur magis duo aut tres aut decem, quam quinque vel ſex credantur. 2. *Quia eſt Ens perfectiſſimum*. E. etiam maxime unicū. Conſ. patet: quia repugnat plura eſſe perfectiſſima. *Perfectiſſimum enim eſt, quod habet omnes perfectiones, in genere Entis poſſibiles*, ſi ergo plura ſunt perfectiſſima præter unicū habebunt etiam ſingula perfectiones omnes poſſibiles in genere Entis, & tamen eo quod plura ſunt, non habebunt, quia in uno erit aliqua perfectio, per quam diſtinguetur ab alio perfectiſſimo, quæque non erit in alio; illud ergo non erit perfectiſſimum Ens ut pote quod caret illa alterius perfectione diſtinctiva. 3. *Quia Deus eſt potentiſſimum Ens* E maxime unum Conſ. patet quia repugnat fieri plura potentiſſima: illorum enim unum aut poſſet agere in aliud illudque corrumpere, aut non poſſet, utrovis modo repugnat. Nam ſi *Jupiter* v. g. poſſet agere in *Saturnum* eumq; corrumpere, hic erit potentior illo, & ſic ille non erit Deus, ſi potes agere hic. *Sturnus* erit infirmior illo & ſic hic non erit Deus.

27. *Secundum attributum eſt Simplicitas*; Ubi præſuppono ſimplex dici *absolute* in genere Entium, quod excludit omnem compositionem realem; Vel *secundum quid* in certo genere huius vel illius Entis, quod removeret ſolummodo aliquam compositionem, quæ ad eſſe huius vel illius requiritur. Deus ergo dicitur ſimplex *absolute* b. e. omnis realis compositionis expertus, quæ in genere Entium poſſibilis eſt. Ita patet cum *Scripturis*, tum *Ratione*. *Scripturis*, quia Deus ipſe dicit: *SUM QUI SUM* hoc eſt immutabiliter ſum, *Exod. 3. 14.* Unde etiam eſt, *ἰησὺς* ſive ut *Johannes* *ὁ ὦν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος* *Apoc. cap. 1. 4. cap. 16. 5.* apud quem non eſt *ἡμετέρας* vel vicifſitudinis obumbratio

ibi nulla compositio. *Ratione idem constat: Quia omne compositum est dependens à suo, siue extrinsece, siue intrinsece componente, habet enim in sese plura realiter distincta, quæ non possunt uniri, nisi per actionem causæ efficientis à qua dependent, Deus est independens ab alia causa se priori, E. etiam ab uniente. E. etiam à partibus unitis E. est simplicissimus, simplicitas, enim est negatio partium.*

26. *Tertium est Veritas, quam Deo triplicem assigno. 1. Metaphysicam quæ est conformitas Essentiæ divinæ cum suo intellectu, ubi ita repræsentatur intellectui, & ab eo cognoscitur uti est in sese & ideo dicitur verus Deus Ier. 10. 10. 1. Thes. 1. 9. 1. Ioh. 5. 20. & ideo opponitur Diis fictitiis qui apparent esse Dii cum non sint 2. Intellectivam & est conformitas intellectus Divini cum objecto intelligibili, ubi Deus sine errore & incertitudine omnia cognoscit uti sunt in sese, quomodo dicitur Omniscius, de quo infra 3. Ethicam seu moralem & est conformitas locutionis vel alterius, significationis Divinæ ad placitum cum intellectu suo, & dicitur vulgo Veracitas. Et hoc sensu Deus dicitur verax in verbis suis, & fidelis Deut. 32. 4. Psal. 25. 10. 1. Sam. 15. 29 Num. 23. 19. Ex. 34. 6. Psal. 30. 10. 40. 12. 54. 7. 89. 3. Ioh. 17. 17. 1. Cor. 10. 13. Apoc. 15. 3. 16. 7.*

29. *Quartum est Bonitas quam Deo triplicem etiam venedico 1. Metaphysicam & est confirmitas Essentiæ Divinæ cum voluntate Divina secundum quam talis est Essentia, qualem esse vult voluntas; Et hæc Deo ita competit, ut habeat rationem summi boni 1. quia est summum Ens 2. Quia omnes Dei effectus sunt valde boni Gen. 1. 31. oportet igitur ut bonitas præexistat in causa. 2. Physicam siue naturalem, secundum quam Deus habet omnia, quæ ad perfectum esse requiruntur & hinc oritur Perfectio, Ubi prænotan. Perfectum dicitur el comparatè, ad removendum solum imperfectionem privativam, cui nihil deest illorum, quæ illi debentur in suo genere, & si forte illi deesse possint aliæ perfectiones debita, in genere tamen Entis illius possibles, quomodo v. g. homo, bos, alinus est perfectus in sua specie. Vel Absolute ad*

ad removendam omnem Imperfectionem cujuscunque illa sit generis, diciturque perfectum hoc modo, cui omnino nihil deest. *Hoc supposito; Dico, Deum esse absolute perfectum, ita ut nihil illi desit illarum perfectionum, quæ in genere Entis vel sunt vel esse possunt. De perfectionibus quæ actu sunt probatur: Quia quæcunque perfectio actu est in rebus, aut cepit, aut non cepit esse, quæ non cepit, Dei est eo ipso, quia initium non habuit; Quæ cepit, necesse est ceperit esse aliunde per causam; quia enim nihil eorum quæ sunt, sine causa sunt, sequitur ut perfectiones quæ apparent in effectis, fuerint in causis, ut secundum eas causæ efficere aliquid possint, pròindeque omnes sint in prima causa. De Possibilitibus idem constat. Perfectiones enim dicuntur posibles, sumpta denominatione à potentia activa Dei, ideo ergo sunt posibles, quia Deus illas potest producere, & sic eminenter in Deo, tanquam in causa præexistunt. 3. Moralem secundum quam DEUS dicitur nullis vitiis præditus esse; Hoc asserit Script. quando negat in Deo esse quicquam mali, Psal. 191. 16 | Deut. 32. 4. & dicit esse rectum Psal. 24. 8. & celebrat divitias bonitatis ejus, Exod. 43. 6. Rom. 2. 4. Et dicit bonum solum Matt. 19. 17.*

30. Quintum est Infinitas Ubi noto Infinitum dici vel. 1. Propter Imperfectionem, quod nondum habet fines suæ perfectionis, quod nondum est finitum, perfectum, absolutum, sed solum inchoatum. 2. Propter quantitatem, quod non habet in quantitate terminos, sive ea sit continua, sive discreta. 3. Propter Essentiam, quod non habet terminos perfectionis in Essentia, virtute, operatione, duratione, præsentia: Et hoc modo dicitur Deus infinitus 1. Essentiâ, quia per Deum, intelligimus ejusmodi Ens, quo non sit prius, est ergo independens, ab alio se priori; quo non sit valentius, est ergo indiffectibilis ab extrinseco; quo non sit perfectius, est ergo ineffectibilis ab intrinseco, 2. Virtute & operatione, ita ut possit operari omne id, quod ex parte sui non implicat contradictionem; Dei enim Virtus non finitur, vel à concursu causæ superioris, quam non habet, vel à concursu causæ inferioris seu materialis, quâ ex nihilo, & in nihilum agere potest, uti indicat virtus creandi, vel à dependentia ad cer-

potest producere, vel à certa activitatis sphaera, quia in infinitam distantiam potest agere. Et hoc sensu in scripturis dicitur magnus Psal. 145. 3. Baruch. 3. 25. *cujus magnitudinis h. e. perfectionis non est finis, coram quo omnes gentes sunt quasi nihil* Esa. 40. 17. Sap. 11. 23. Dan. 4. 32. 3. *Duratiōe & Existētia*, ita ut sit absolute æternus, hoc enim ex priori sequitur, ut qui in Essentiâ est infinitus, sit etiam in duratiōe infinitus. 4. *Præsentiâ, sive adessentiâ*, ut re vera sit immensus & omnipræsens.

31. *Sextum est Æternitas* Ubi præsuppono æternum dici vel 1. *Longævum*, quod longiusculè durat, licet finem habeat Exo. 21. 6. 31. 17. vel 2. *Æviternum*, quod non habet terminum licet forte habere possit initium, quo sensu dicitur vita æterna Job. 3. 16. Gal. 6. 8. dicitur alias æternum à parte post; vel 3. *Æternum strictè dictum*, quod in duratiōe nec finem, nec initium, ullâ ratione habere potest, & dicitur vulgo æternum à parte ante & à parte post; hoc sensu Æternitas, est eminens perseverantia in esse secundum Mendozam Disp. 17. Metaph. sect. 4. sive ut Boëtius ait: Est Interminabilis vitæ, tota simul & perfecta possessio. Interminabilis quia terminum à quo vel ad quem non admittit, tota, sive indivisibilis, quia omnem successiōnem, omne prius & posterius, omne præteritum & futurum, omnem mutationem excludit; perfecta & adæquata, quia non solum Deus, sed etiam omnia, quæ sunt in Deo sunt æterna. Hanc æternitatem assignat Deo 1. *Scriptura* in locis ubi dicitur æternus Gen. 21. 33. Rom. 16. 26. 1. Tim. 1. 16. *Antiquus dierum*. Dan. 7. 9. à die h. e. ab æterno existens. Esa. 43. 13. *Sedens quondam* i. e. ab æterno Ps. 55. 20. *Deus æternitatis*. Es. 57. 15. Dan. 6. 26. Esa. 43. 10. Job. 10. 5. 36. 26. Ps. 90. 5, 103, 17. Exo. 15. 18. Pet. 5. 10. 2. *Ratio* quæ sumitur ex Infinitate, Independentia, Necessitate Immutabil. Dei. Si Deus non esset æternus, potuisset incipere esse E. per aliquid prius potuisset incipere esse E. nec Infinitus, nec independens nec necessar. nec immutab. esset, & consequenter neque Deus.

32. *Septimum est Immensitas* Ubi præmitto Immensum dici vel in Genere, quod mensurari nequit, vel Essentiæ, vel Perfectionis

tionis finibus & ita cum Infinito coincidit. *Vel in specie*, quod nullo loco mensurari, aut definiiri potest, & sine sui mutatione intimè præsens esse potest in quavis re, ubicunq̃ue illam ponere velit, ita tamen ut nondum quoad præsentiam ab illa mensureretur, sed semper excedat illam. Hanc Immenstatem Deo tribuit 1. *Scriptura* Psal. 139. 7. Jer. 23. 24 Amos 9. 2. imprimis vero 2. *Chron.* 2, 6 cap. 6 18. Act. 7. 48. ubi dicitur quod Cæli cælorum non capiunt illum. 2. *Ratio* Ex Infinitate, cujus namque esse est infinitum, ejus adesse, non potest esse finitum, præcipuè in Deo, ubi *esse* & *adesse* non differunt, tum ex Æternitate, quæ dicit extensionem ad infinita tempora, ita & Immenstatas ad infinita loca.

33. *Octavum est Omnipræsentia* Ubi notandum. 1. *quod omni Omnipræsentia*, quod probatur. Tum *Scripturæ* dicitis, ubi dicitur Deus esse in propinquo Jer. 23. 23. qui non longe abest ab uno quoque nostrum Act. 17. 27. qui sedet super orbem terræ Esa 40, 22. confer. Jos. 2, 11. Ps. 139. 7. Amos 9, 6. Matth 18. 20. Tum *Ratione* 1. Deus est infinitus, qui nulla ratione, & sic nullo loco finiri potest. 2. Deus est Immenſus, h. e. talis, qui esse possit in Infinitis spatiis, ab illo creabilibus. 3. Deus omnia creata conservat, quod necesse est fieri per immediationem, ut loquuntur, non solum Virtutis, sed suppositi, quo omnibus creaturis præsens est, illasque præſenter conservat *Nota* 2. *Formalis ratio*; Ubi statuitur omnipræsentiam Dei non esse vel 1. *Entitatem modalem*, *Essentia* Dei superadditam; Deus enim per sese ipsum præsens est vel 2. *Operationem aliquam Dei tranſeuntem*, ut quæ non est formaliter ipsa præsentia; sed eam consequitur. Sed 3. *Relationem Essentia* Divinæ ad creaturas, quæ non quidem rationis est, quia Deus citra mentis operationem est omnipræſens, sed realis, citra tamen mutationem Dei, aut adventum alicujus *Entitatis realis in Deum*, per quam sit Omnipræſens. Omnipræſentia enim est ipsa *Essentia Dei*, cum connotatione tamen rei creatæ, ut intime coexistentis illi, unde obiter constat *Omnipræſentiam Dei*, non esse attributum absolutum, sed rela-

tionem, &

tum, & in tempore Deo quasi adveniens, quod dicit Essentiam
 Dei in recto casu, & creaturas in obliquo. *Notan. 3. Modus.* Deus
 est Omnipræsens non 1. *Circumscriptivè* & localiter, quasi mundo
 hoc ita concludatur, ut extra illum esse non possit. *Nec 2. Corpo-*
raliter, per extensionem, diffusionem, aut divisionem Essentia
 suæ, ad plures partes spatii; quomodo v. g. corpus præsens esse di-
 citur, ita ut totum quidem sit in toto spatio, sed pars ejus tantum
 in parte spatii. *Nec 3. Virtualiter*, per virtutem solum aut opera-
 tionem sese diffundentem ad omnes creaturas, quomodo v. g.
 Sol est virtute præsens his inferioribus. *Nec 4. Intellectualiter* &
 per cognitionem solum, quod omnes creaturas, etiam remotis-
 simas cognoscat & videat. *Nec 5. Definitivè* ita ut in uno solum
 Mundo definiatur, aut uni solum spatio assignetur, extra quod
 esse non possit. *Sed 6. Repletivè*, & prorsus indivisibiliter, ita ut
 in quavis re creata, & omni ejus parte etiam minutissima, sit
 quoad Essentiam, quoad præsentiam, quia in nulla sui perfectio-
 ne divisibilis est, ideoque ubi præsentia Dei est, ibi tota est; to-
 tus quoad potentiam, quia omnia portat verbo virtutis suæ Heb.
 1.3. Totus quoad Essentiam, quia illam habet totam in toto uni-
 verso; & totam sive indivisibilem, etiam in quovis minutissimo
 puncto hujus universi. *Notan 4. Gradus.* Et hic vulgo recen-
 sentur quatuor 1. Præsentia Potentiæ, quæ replet omnia *1er. 23. 34.*
portat omnia Heb. 1.3. Adest omnibus Act. 17. 27. 2. Gratiæ; quæ in Ec-
clesia & credentibus habitat 1oh. 14. 23. 1. Cor. 6. 19. 3. Gloriæ; quæ Ange-
li & Electi coram, sese conspiciendum præbet 1oh. 17. 24. 4. Unionis Hy-
postaticæ, quæ tota plenitudo Deitatis habitat in Christo corporaliter
Col. 2, 9.

34. *Nonum est Immutabilitas* Ubi statuo Deum esse im-
 murabilem tum per potentiam extrinsecam, quæ ab alio est, tum
 per intrinsecam quæ in ipso est, ita ut nec à se, nec ab alio nec a-
 ctu, nec potentia mutari possit. Et hoc asseritur tum; è Script.
ubi semper idem dicitur esse qui est Ps. 102. 28. Heb. 1. 12. Non mutari Mal.
3. 6. Jac. 1. 17. stabilis esse in consilio Esa. 46. 10. tum Ratione. 1. *Deus est*
purissimus actus, E. nulli potentiæ passivæ obnoxius, E. prorsus im-
mutabilis, quia quod mutatur, oportet ut sit mutabile, & sic in
 poten-

perfectissimus cui nihil addi vel demi potest, E. prorsus immutabilis, mutatio n. fit vel in melius, vel in deterius, vel ad augendum, vel ad minuendum. *Nota Mutabile aliquid est vel 1. Rat. 78 esse, quod cum ante non sit, incipit esse, & hoc Deo repugnat, propter æternitatem, vel 2. Rat. accidentium sive qualitarum, quod Deo repugnat propter summam simplicitatem. Vel 3. Rat. loci, quod ex uno loco in alium potest moveri, & hoc Deo repugnat propter ejus Immenfitatem & Omnipræsentiam Vel 4. Rat. cognitionis, quod rem nunc cognoscit, vel exactius, vel melius, quam antea, vel omnino non cognoscit, & hoc repugnat Deo propter infinitam ejus scientiam, quia omnia eo modo quo sunt exactissime intuetur. Vel 5. Rat. Decreti seu voluntatis, quod nunc aliquid vult vel decernit, quod antea vel noluit, vel aliter voluit; & hoc Deo repugnat propter ejus omnisapientiam, quâ non incogitanter, non inconstanter, non imprudenter, sed sapientissime, omnia ab æterno ita disposuit, ut in tempore fieri debent; nec enim est homo ut mentiatur Num 23. 29. 1. Sam. 15. 29. Vitam Dei, & Immortalitatem, Dei hic lubens prætereo cum ex dictis ultro pateant, videantur scripturæ loca Gen. 16. 14. 24. 62. Deut. 5. 26. cap. 32. 40 Num. 14. 28. Ios. 3. 10. 1. Sam. 17. 26 2. Reg. 19 4. Ps. 42. 3. 84 3 Esa. 37. 4. Ier. 2 13. cap. 10. 10. Ioh. 5. 26, Esa. 49. 18 Ez 5 11. Iob. 10. 12. Ps. 36. 10. Act. 17. 25 Confer 1. Tim. 6 16. Rom. 1. 23. 1. Tim. 1. 17 Deut. 32. 40. Dan. 12. 7. Apoc. 10 6 Gen. 21 33. Mal. 3. 6.*

35. *Decimum est Intellectus sive scientia Dei. Ubi notandum 1. quod Deo competere Intellectum & scientiam docet scriptura iis locis ubi dicitur: Deus scientiarum 1. Sam. 2. 3. qui omnia quæ sub cælo sunt respicit Iob. 28 24 Omnia novit 1. Iob. 3. 20. ad cor videt 1. Sam. 16. 7. corda omnium novit 1. Reg. 8. 39 cogitationes novit Psal. 94 11. ita ut non prohibeatur ab illo ulla cogitatio Iob. 42. 2. qui sedere, stare, cogitare, semitas, vias, &c à longe h. e. ab æterna novit Psal. 139. 3. cui corpus nostrum non fuit occultum quando factum est in occulto, cui nota sunt à seculo omnia opera nostra Act. 15. 18. cujus oculi perlustrant totâ terrâ 2. Chr. 16. 9. cujus oculi vident, & palpebræ probant filios hominû Psal. 114. & ipso Sole sunt lucidiores & vident omnes vias hominû Syr. 23. 28. corâ quo omnia sunt nuda Heb. 4 13 Tû Rat. 101. Deus est Perfectissimus.*

to hoc universo regit, & ad suos fines dirigit. E. omnia præ-
 scit & videt. 3. Deus est causa creaturarum; intelligentium E.
 erit & ipse intelligens, qui plantavit aurem non audiet? &c.
Psal. 94. 92. Objectum Omniscientiæ Divinæ est vel positivum, quod
sub ratione Entis & veri, tanquam sibi ipsi conforme cognoscit.
Vel negativum quod sub rat- non entis apprehendit. 3. Modum
cognoscendi quod attinet, Deus res cognoscit 1. Perfectissimè, ita
ut nihil illum lateat, nihil illi desit quoad rationem summæ sci-
entiæ. 2. Verissimè, ita ut rem comodo quo est in sese exactissi-
mè sine ulla falsitate penetret. 3. Immutabiliter, ita ut cognitio-
nem semel habitam non mutet, nec rem nunc aliter quem antea
cognoscat. 4. Simplicissimè, sine aliquo reali superaddito ad Ef-
ficientiam divinam, sine compositione & divisione, sine discursu,
qui ab uno ad aliud procedat, & è noto ignotū eliciat. 5. Intuitivè,
h. e. ita ut una cognitione præsentissimè omnia sive præterita,
sive præsentia, sive futura, & in sua unū quodq; temporis differē-
tia cognoscatur; neq; sit alia cognitio quā præterita, alia quā fu-
tura videat atque intueatur. sed unica est & invariabilis cogni-
tio, quā rem velut præteritam, velut futuram videat, Deus enim
res temporaneas Scientiā æterna, res fluxas, scientia fixa, res li-
mitas, scientia infinita, res confusas scientia distincta res fu-
turas, vel præteritas scientia præsentissima videt & intuetur.
Unde consequens est, Deo nec memoriam, sive reminiscen-
tiam competere, quæ dicit successionem actuum suggerentium
res præteritas, neque oblivionem proprie dictam, quia illa no-
tat actus intellectualis circa rem præteritā deletionem 6. Abstra-
ctivè (quod res possibles, nunquam tamen futuras attinet) Ab-
stractivè enim illa dicuntur cognosci, quæ solum apprehendun-
tur ut sunt possible in causis, ita vero Deus intuetur ea, quæ nū-
quam vult producere, cognoscendo suam potentiam, quæ illa
posset producere si vellet. 4. Divisio à parte rei nulla qui-
dem est Intellectus seu Scientiæ Divinæ pro varietate tamen
respectuum & objectorum varie dividitur Vide Becan. par. 1.
Theol. Schol. cap. 10. quæ 1. Nos breviter duas saltim attingemus 1.
dum

sive universalia, sive singularia, sive bona, sive mala, sive Entia, sive non Entia, sive necessaria, sive contingentia &c. cognoscit. *Hæc* vero dicitur quæ speciatim ad aliquos sese extendit propter conditionem specialem quam novit aut vidit in illis, ita novit solos electos *Rom. 8. 29. 2.* Dividitur in *Theoreticam & Practicam.* Illa dicitur quâ Deus res nude cognoscit. *Hæc* vero, quâ Deus aliqua ea ratione scire intelligitur, ut etiam secundum illam cognitionem, illa, vel aliquid in illis operetur, quomodo non dicitur nosse reprobos *Matth. 7. 23. Psal. 1. 4.* Notitiâ sc. practica & approbationis, quâ Deus aliquem ita novit ut in filium adoptet propter Christum.

36. XI Est Sapiencia, quæ sumitur in Scripturis *vel affectivè*, ut notat effectus à Sapiencia ortos, qui ejus quasi imago & typus sunt v. g. mundi fabrica *1. Cor. 1. 21.* Evangelium *1. Cor. 2. 7. Vel Personaliter* ut notat secundam Deitatis personam; quæ dicitur sapiencia Patris *Prov. passim* In quo omnes thesauri Sapiencie sunt reconditi *Col. 2. 3. Vel Essentialiter*, ut notat attributum Dei Essentiale; omnibus tribus personis ex æquo commune, quomodo sumitur hoc loco. Et hanc Deo competere asserit scriptura iis locis; ubi Deus dicitur *solus sapiens Rom. 16. 27. 1. Tim. 1. 17. magnus consilio Jer. 32. 19. qui non eger consilio Esa. 40. 13. Dan. 2. 20. cujus sapientia non est numerus Psal. 147. 5. cujus abyssus multa Psal 36 7. cui est profunditas divitiarum & Sapiencie Rom. 11. 33. qui omnia in Sapiencia fecit Ps. 10. 4 Cælos in intelligentia fundavit Ps. 136. 5. Terram in Sapiencia firmavit Prov. 3. 19. Orbem in Sapiencia stabilivit Jer. 10. 12.*

37. XII. Est Voluntas sive agendi libertas ubi Notan. 1. *τὸ ὄν.* Deum esse volens & liberrimum agens asserit *cum Scriptura* in dictis quæ illi expresse voluntatem tribuunt *Rom. 9. 19. Misereri cujus vult. cap. 9. Operari in nobis pro sua voluntate Phil. 2. 13. Ubi omnia dicitur fecisse quæ voluit Psal. 136 7. Distribuere item dona prout vult 1. Cor. 12. 11. cum Ratio 1. Deus est*

ibi necesse est esse appetitum illi proportionatum intellectivū,
qui est voluntas 2. Deus est Ens perfectissimum E. volens liberri-
mum. Ens enim liberum longe perfectius est eo, quod agit ne-
cessario. 3. Deus est Ens potentissimum E. volens liberrium,
quod Deus non produxit v. g. plures mundos, est inde, vel quia
non potuit, vel quia noluit; Si prius, non est omnipotens, quia
in agendo finitus est; si posterius, voluntas erit in Deo. 2. *Obje-
ctum* voluntatis Divinæ est tum *positivum*, quod Deus sub ratione
boni vult esse, & amat tanquam sibi conforme, quomodo sub
voluntate Dei cadit omne Ens reale qua tale, *Tum Negativum*,
quod Deus sub ratione non Entis & mali averfatur, & tanquam
sibi difforme odit & punit, quomodo sub voluntate Dei cadunt
peccata 3. *Modum* volendi quod attinet est ille *Generatim loquen-
do* 1. *Simplificissimus*, Deus enim non pluribus distinctis voluntatis
actibus aliquid vult, sed omnia quæcunque vult, per Essentiam
suam immediatè, non per efficientiam actus vult. 2. *Perfectissi-
mus* tum *Extensivè*, quia voluntas Dei extendit se ad omnia ob-
jecta appetibilia, volibilia; *Tum intensivè*, quia perfectissimo &
eminentissimo modo Deus vult & appetit. 3. *Immutabilis*, non
quidem 1. ratione objecti quasi Deus non possit in objectis velle
mutationem; neque secundo ratione modi agendi, quasi Deus ne-
cessario agat, ut aliter agere non possit. Sed 3. rat. actus, quod
quæ Deus jam decrevit, ea post vel inconstantiâ, vel incogitan-
tiâ, vel pœnitentiâ ductus non mutet, sed constantissime in iis
perseverat. *Specialiùs* 1. *Deus se ipsum vult tum ultimè*, quia o-
mnia uti fecit, ita & voluit propter sese, *tum necessario*, non so-
lum ratione Specificationis, ita ut non possit sese odisse, sed et-
iam ratione Exertitii, ita ut non possit ab amore suicessare. 2.
Deus creaturas possibles, voluntate simplicis complacentiæ ne-
cessario vult; Quia enim necessario vult & amat Omnipoten-
tiam suam; necessario quoque vult & amat creaturas possibles,
non quidem ut sunt in se ipsis, sed ut sunt in ipso, seu in poten-
tia sua 3. Deus creaturas existentes, aut futuras, aut præteritas
voluntate efficientiæ libere vult, non quidem quoad specifica-
tionem,

tionem, quasi eas poterit odire, quatenus creaturæ Dei sunt, sed quoad exercitium quod eas poterit non velle, siue quod voluntas ipsius non necessario sed liberè ad eas feratur seu tetminetur. 4. *Divisio voluntatis*, à parte rei nulla est, variè tamen pro ratione respectuū, & objectorum dividitur. 1. *In Absolutam & Conditionatam*. Illa est quâ rem sine conditione, aut positione circumstantiæ vult, & de illa loquuntur dicta *Esa. 46. 10 voluntas mea fiet Rom 9. 19. Voluntari ejus quis resistet? Est. 13. 9. Non est qui tue voluntati resistere possit Psal 115 3. 135. 7. quæ voluit fecit*. Hæc vero dicitur, quâ rem non nisi certis conditionibus & circumstantiis positis vult; ut *Matt. 23. 36. volui vos congregare. 2. In Antecedentem, secundum quam vult Deus omnes salvos fieri per media à se ordinata, & Consequentem, quâ Deus credentes solum salvare, finaliter autem impœnitentes damnare constituit. 3. In Arcanam quæ neque cognosci à nobis, neque in vestigari potest, de qua Rom. 11. 33. Ps. 36. 7. Et. revelatam, quæ ex verbo patefacto cognoscitur; Ubi tamen diligenter cavendum, ne in illis quæ salutem nostram concernunt, voluntas quædam arcana fingatur, quæ à revelata non solum diversa sit, sed eidem etiam adversa, uti Calviniani hic faciunt 4. *In voluntatem signi & Beneplaciti*: Hæc nihil aliud est quam internus voluntatis Divinæ actus, quo dicitur aliquid velle; Illa vero est voluntatis Divinæ signum externum, quâ quid Deus velit significatur. 5. *In Voluntatem Legalem*, cujus typus in lege revelatur, quæ, quid Deus à nobis fieri velit, quæ facienda, quæ fugienda sint proponit. Et *Evangelicam*, cujus Idæa in Evangelio exhibetur, quæ dicit quid Deus de nobis facere velit, & quomodo credentes in Christum salvare constituerit. 6. *In voluntatem Effectivam sive efficientia*, juxta quam Deus efficaciter concurrat, tanquam causa prima ad operationes creaturarum, & omnia operatur juxta consilium voluntatis suæ. *Eph. 1. 11. & Permissivam, sive Indulgentia*, juxta quam Deus hoc vel illud, licet non efficiat tamen permittat. Ita Deus voluntate permissiva indulget peccatis, non quod ipse ea velit, sed quod permittere velit.*

38. XIII. Est Misericordia; hæc uti est affectus in homine, notat tum alienæ miserix in corde compassionem, indeque ortam animi mœlitudinem tum promptissimam sublevandi & eripiendi voluntatem, proindeq; est affectus tum passivus, ratione doloris & ægritudinis, qui oritur ex aliena miseria; tum activus, ratione voluntatis sublevandi. Deo autem Misericordia tribuitur, non uti est affectus passivus, cum transmutatione, compassione & ægritudine animi conjunctus; sed uti est affectus activus, notans promptissimam voluntatem alterius miseris subveniendi, præcipue hominẽ, in extremas miseria per & propter peccatũ delapsũ in Christo salvandi. Et hæc Misericordia Dei specialis de nobis per Christum salvandis est *Mysterium rationi ignotum Rom. 16. 25.* pluribus tamen scripturæ locis constat nempe iis ubi dicitur (*Misericordia & indulgentia in abstracto Dan. 9. 9.*) misericors ex intimis visceribus *Exod. 346. Iac. 5. 11.* Deus propiciationum, gratiofus, misericors, longanimis, multæ misericordix, *Neh. 9. 17, Psal. 33. 22. & Ion. 4. 2. Psal. 85. 3. Joel. 2. 13.* multus benignitate & veritate dives misericordiã *Eph. 2. 4.* Pater misericordiarum *2. Cor. 1. 3. Ose. 11 8.*

39. XIV. Est Justitia quæ sumitur *Vel Effectivè*, prout est à Deo eaque *vel Legalis*, & est humanæ vitæ cum Lege conformitas; *Vel Evangelica* quæ est in remissione peccatorum, & imputatione Justitiæ Christi; dicitur Justitia Dei *Rom. 3. 22.* Justitia Dei in Christo *2. Cor. 3. 21.* Justitia ex fide quæ in Deo est *Phil. 3. 9.* *vel Formaliter* uti est attributum in Deo & ita significat Tum Bonitatem & Clementiam Dei, quã miseris succurrit *Pf. 24. 5. 31. 2. 51. 16. 71. 2. 145. 7. Rom. 1. 17.* & dicitur alias Justitia gratiæ; Tum Voluntatem suam cuiq; tribuendi, quæ considerari potest, vel κατ' ἐξω ut significat voluntatis Divinæ rectitudinem, quã vult & probat omnia quæ sunt in lege præscripta vel κατ' ἐξω, uti Deus eam exercit in creaturis, sive dispositivè, hominibus legem præscribendo, secundum quam justè vivant, sive distributivè, unicuique secundum opus pius præmia, impiis pœnas reddendo & inferen-

locis, ubi dicitur Justus *Deut.* 32. 4. *Neb.* 9. 8. *Job.* 36. 6. *Ps.*
7. 10. *Vindex Deut.* 23. 21. 32. 43.

XV. *Est Omnipotentia quam Deo tribuit Scriptura*, iis locis ubi dicitur *μὴ ἔστι δύναμις*; 1. *Tim.* 6. 15. Omnipotens *Gen.* 17. 1. 38. 3. 43. 14. 48. 3. Fortis robore *Job.* 9. 4. Potens *Deut.* 10. 17. cujus voluntati nemo resistere potest, *Rom.* 9. 19. cui nihil est impossibile *Gen.* 18. 14. Ratio idem dicitur Nam 1. Deus est Ens perfectissimum E. omnipotens, potentia enim Dei finita si esset vel propter incapacitatem suam quâ virtutem infinitam non posset recipere vel propter agentis superioris voluntatem, quod illam nollet conferre: At utrumque dicit imperfectionem. *Objectum Omnipotentia Divinae est cum Positivum, tum Negativum; Illud est omne absolute possibile, quod habet rationem factibilitatis. Hoc est omne absolute impossibile, quod in sese tale est ut fieri nulla ratione possit. Dividitur Omnipotentia Dei in Absolutam & Ordinariam, utraque potest tripliciter intelligi. Absoluta enim dici potest, vel ab ordine in natura, Instituto, quomodo v. g. potentia absolutâ esset, si hominem servaret sine alimento. vel ab ordine reliquorum attributorum v. g. Justitiæ Misericordiæ, quomodo potentia absoluta esset, si Dæmones salvos faceret, hoc enim necesse est fieri sine respectu ad Justitiam Dei, quæ illud non permetteret. Ordinaria itidem intelligitur dupliciter: Vel ut dicit ordinem ad reliqua attributa Dei, quorum respectu Deus agit quomodo potentia ordinaria est, hominem sine alimento conservare, quia*
F id

ordinem in natura institutum, quomodo potentia ordinaria est hominem assumpto alimento conservare.

41. XVI. Est *Majestas & Gloria Dei*, quæ nihil aliud est quam *Essentia* ejus cum *Essentialibus* suis proprietatibus, uti intelligitur esse *summa*, *Increata*, *infinite*, eoque nomine *gloriosa*, ideo dicitur *DEUS gloriae Actor. 7. 2.* cujus gloria plena est omnis terra *Esa. 6. 3.* *Gloriosus & admirabilis Deut. 5. 24.* *Altissimus Gen. 17. 18.* *Num. 24. 16,* *Magnus non mole sed Majestate Deut. 7. 21. 10. 17.*

42. XVII. Est *Beatitudo*, quæ in Deo est status omnium bonorum aggregatione perfectus, juxta quam ab omnibus malis liber, nullius boni egens est, nullum externum bonum appetens, sed *Immutabiliter*, *Essentialiter*, *independentem*, *sufficientem* omne bonum possidens, ideo in scripturis dicitur, *μακροβίος 1. Tim. 1. 11. 6. 17.* *Lux* in qua non sunt tenebræ *1. Johan. 1. 6.* *Solus bonus Matth. 19. 17.* unde constat illum nullo bono indigere, summè perfectus, ipsi nihil addi posse, summè immutabilis, unde illum felicitate sua excidere non posse, *independentem*, & omnis felicitatis author *Psal. 16. 11. 25. 12. 36. 8.* unde constat illum felicitatem suam non aliunde habere. Sed hic subsistendum.

Quod superest ad te Deus ter Opt. mentes nostras elevamus pro agnita fidei veritate gratias agentes. Conserva nos ô Sancte Pater in eadem & quod cepisti
in

in nobis, bonum opus videnter perice: ut tandem
ex militante Ecclesia, in triumphantis palatium transla-
ti, te una cum Filio & Sp. S. celebremus in secu-
la seculorum Amen.

F I N I S.



Eruditissimo & Ornatissimo

DN. M. ELIÆ NEUSSELIO, Disputationem
Theologicam publicitus exhibenti,

Nuper Varniades, & earum præses Apollo,
Immarcessibili ornarunt tua tempora lauru,
Teq; in supremâ posuerunt sede Cathedra,
Virtutem ob meritam, & diæ dona aurea mentis:
Nunc res Theologia tecum est, quæ augere parata
Et studiosa decus partum tibi, ad altera ducit
Pulpita te, sacrae fundamina religionis
Ponentem, insanæ adversus deliria turba.
Egregium facinus NEUSELI! hâc semitâ ad alti
Scanditur indubiò stellata palatia Cæli!
Hâc laus palmaris, victurâq; Fama paratur!

deproperab:

Petr. Lauremberg Phil. & Med. D.
& Prof. Ord. ac p. t. Facultatis
Phil. Decanus.

Viro

V I R O
Eruditissimo & Prestantissimo
DN. M. ELIÆ NEUSSEL, Pannonio de
Fundamento Fidei dispu-
tanti

Amico dilecto gratulatur
Abraham Calovius Poruffus.

Neußeli pietas, labor indefessus, & ardor
In Divam Sophiam, Theologiãq; Sacram
Se probat ut cunctis, quis non acclamet, Jova
Fortunet, fructum patria terra ferat!
αὐτοχρηστῆς






Universitäts
Bibliothek
Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn739710087/phys_0047

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn739710087/phys_0048

DFG

in nobis, donum opus clementer per
ex militante Ecclesia, in triumphantis
ti, te una cum Filio & Sp. S. celebri
la seculorum Amen.

F I N I S.



Eruditissimo & Ornatissimo

DN. M. ELIÆ NEUSSELIO
Theologicam publicitus ex

Nuper Varniades, & earum præses
Immarcessibili ornarunt tua temp
Teq^{ue} in supremâ posuerunt sede
Virtutem ob meritam, & diu don
Nunc res Theologia tecum est, quæ augere
Et studiosa decus partum tibi, ad altera duo
Pulpita re, sacræ fundamina religionis
Ponentem, insanæ adversus deliria turbæ.
Egregium facinus NEUSELI! hâc semi
Scanditur indubiô stellata palatia Cæli!
Hâc laus palmaris, victurâq^{ue} Fama paratu

deproperab:

Petr. Laurember
& Prof. Ord.
Phil. Decanu

ed. D.
altatis

Viro

